

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Dispunctio notarum Mirandulani codicis ad Corn. Tacitum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

IUSTI LIPSI
DISPVNCTIO
NOTARVM
MIRANDVLANI CODICIS
AD
CORN. TACITVM.
EDITIO VLTIMA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LXVII.

IVSTI LIPSI
DISPVNCTIO
NOTARVM
MIRANDVLANI CODICIS
AD
CORINTHENSIVM
EDITIO VLTIMA.



ANTVERPIÆ
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI
M. DC. LXXII.

ILL^{MO} ET EXCELL^{MO}

PRINCIPI

CAROLO

DUCI CROIO ET ARSCHOTANO,

PRINCIPI S. IMPERII,

EQUITI AVREI VELLERIS.



Hunc libellum, ILLUSTRIS-
SIME PRINCEPS, audeo ad te mittere? au-
debo. non quia ipse magnitudine tuâ
dignus, sed quia Tacitus, cui labor hic
facit. Homo ab Italiâ proteruus me
petiuit, imò per meum latus ipsum
Tacitum: scriptorem illum, vobis Principibus proprium,
& velut consecratum. Iniuriâ affectit deprauando: vindi-
cem iterùm me sensit: vt ego te, contra id genus petu-
lantes, animo rogo ILLUSTRIS-
SIME PRINCEPS. Enimuerò ille nugas suas (iudicio, non affectu, sic appello)
viro Principi inscribere ausus est: ego verear iustissimam
meam, & publicè profuturam, Defensionem? Inscribo, te
Patronum operi & auctori adopto, Herculem in eiusmodi monstra. Louanij, viii. Kal. Iulias, 1611.

EX^{TIÆ} TVÆ

perpetuus cliens

IUSTVS LIPSIVS.

AA 2

AD

4
AD LECTOREM.



N, præter opinionem meam, Lector, aduersarium hoc scriptum: atque adeò præter morem. Equidem languebam nunc, & vt ouis in meridie, iacebam: ecce iste proteruus incurrit, & longo conuiciorum carmine me excitauit. Contemnerem? soleo, & generoso silentio me vindicare: sed hic aliud amici suadebant, & res ipsa impellebat. Nec enim mea solùm caussa, sed Taciti agebatur: in quem ille iniquus, æquè atque in me iniurius, fuit. Deprauando, interpolando, interpretando vitium intulit optimo scriptori: & medicus plus nocuit, quàm morbus. Corde miseratus sum, cùm vidi: & quàm excusatione filerem, qui Tacitum tutelæ meæ iure duco? Fabius in Senatu olim, animosè: *Quam arborem conseruisset, sub eâ legere alium fructum, indignum esse*: de fructu non ego dicam. legant, imò ideò olim fata, & à nobis rigata est: sed defringi aut detruncari quàm patiemur? Equidem respondi, & proteruiam siue inscitiam hominis, illam repressi, hanc produxi. Expedi hoc iuuentuti, quæ ignara iudicandi, in fraudem facile inducatur, & spretis melioribus, vana hæc adhæreat & amplectatur. Caussa etiam priuata me mouit. Age, Zenone sim modestior; tamen istud tintinnabulum me excitet, & linguam ad iustissimam defensionem laxet. Homo impotens, moris communis & pudoris, pænè sensus dicam, expers, Campanâ quadam superbiâ me proterit: atque odio, non ambitione solùm, impugnat. Sileam? illum aliosque attollam, ac prouocem, & scopum me faciam petulantia atque inuidia telis. Imò cum poëtâ,

Liu. lib. x.

* - Cito est
ipsum me ore
uocabunt.

* — Τάχα δὴ με διαρραΐβουσι καὶ αὐτὸν.

Ergo respondi & repressi, fidei, famæ, quietis caussa: sed id ipsum quietè, nec magno animi motu. Non enim si ille sui, ego mei oblitus sum: nec furere cum cerito libuit, aut mergi, vt sic dicam, cum mergente. Ioculos adpersi tantùm, & tenues istas epulas velut sale aliquo condiui dictorum. Quid enim

enim aliud facere mihi fuit, aut scribere? Materies exigua, aut scabra: Critica tantum: nec ea polita, aut distincta testimoniis, aut productione aliquâ scriptorum veterum: verba eius nuda, fatua, & *Aes Dodonæum*. Itaque amœnitates siue argutias alibi à me miscui, & conuiciis eius iocos opposui: cur non iure factum? Poëta philosophus olim scripsit:

* Σώφρων κατ' ἡμᾶς, (ώφρον' ἀπλήψε'),
Θυμέριον δὲ τούτῳ θυμέριον:

* Molestus
in nos, inuisi-
cem mode-
stiam, in-
temperans
intemperan-
tiam feret:

Et si postremum hoc abnuo, atque etiam incitatus in me, non sentiet incitatum. Aspera aut acerba à stilo, vt à naturâ, absint. sed vt culicem molestè circumstrepentem, leui manu, & sine irâ, dispellimus: idem liceat & deceat in istis, qui innoxiam quietem nostram turbant. Fecimus. atque ita, vt omnibus appareat, illam magis quàm vindictam procuratam; & veritatem, quàm victoriam quæsitam. Hæc de causâ & modo scripti: de ipsâ re nunc vide. Scito, Lector, *Codicem Mirandulanum* assiduè hic aduocari, tamquam de cælo testem: & quid, nisi fucum, fraudem, & quem falsò nobis (ad exhibendum pro uoco) obtrudunt? Quæsitus, aut non erit in rerum naturâ; aut oblatum, se reteget nec æui nec pretij alicuius esse. O ludos, quos nobis, imò nos, faciunt! Itâne fungos haberi, vt distinguere & arbitrari inter germanum falsumque Codicem non possimus? Errant, possumus: fecimus antè, facimus hîc, & faciemus. Et tamen esto. reipsâ, non titulo, Codex aliquis vetus ex angulo eruitur, & aliqua præter nos prodit. Quæ hîc culpa mea fit? equidem qui nobiles fuere, quosque nancisci nostrâ aut amicorum gratiâ licuit, nacti sumus: eos industriè & fideliter contulimus, nec pauca à nobis eruimus, bonis laudanda, aliis inuidenda. Tu è Codice abstruso aliquid amplius: quid iactas, aut carpis? Gratæ forti tuæ, imò publicæ, & sine liuore aut insultatione, hæc profer. Quid si à te etiam aliqua? non magnum facies: ego prior centena aut millena. Nec sum tamen ille Potitius, qui putem vnum me litare in hoc sacro: alij ad aram veniant, faciant, bono & propitio Hercule illo Musagetâ. Sicut vinitori scopus est, in vindemiando obuios & grandiores racemos legere, fraudi non est minores aut latentes transisse: de nobis sic arbitrarentur. Columellæ apposita verba: *Vt in magnâ siluâ boni venatoris est, feras indaganter quàm plurimas capere, nec cuiquam culpa fuit non omnes cepisse: idem hic esto.*

esto. Atqui & error, aut somnus, nos alibi habet. Itane mirum in homine?

* At non fas homines vigilantes perpetuo esse.

* Αλλ' ε' γαρ πως ε' σιν αυ' πνευ' ε' μ' μ' μ' αιεν Ανδρωπες.

dixit poeta omnis aevi sapientissimus. Sed nos alibi nempe lapsi: heus tu, tu ille, qui cum maxime me carpis, in centenis his, aut circiter *Notis*, tres aut quattuor probabiles, non dicam probas habes? Tamen nos pedibus trahis, & omnia nostra *nihil ad Parmenonis hanc suem*. Vnus Lucius

Subtilis veterum index & callidus audit.

Ridemus: tu facies Lector, cum legeris, & vero bonoque, ut soles, fauebis. Et simul scies, semel atque uniuersè toti huic generi responsum. sint alij qui incurrant, qui scribant:

— *Dis pietas mea*

Et Musa cordi est:

tibi veritas, & sic salue. Louanij, postrid. Kalend. Maijas ∞. 10 CII.



IUSTI LIPSI
DISPVNCTIO NOTARVM
MIRANDVLANI CODICIS

A D
CORN. TACITVM.



VIDIMVS librum, siue libellum tuum, Luci, auidè (fatebor hoc) expectatum. Titulus inducebat, NOTÆ IN CORN. TACITVM E MANVSRIPTO CODICE MIRANDVLANO. Amamus, vt scis, auctorem illum, benè ei fecimus: & amamus hoc quoque, vt alij: eoque, vt dixi, auidè expectabamus. Quid autem nisi mira, è *Mirandulano codice*; magna à *civie Romano*? sed fefellisti nos, vt rem dicam, & verbo veteri, *Thesaurus cineres fuere*. Tria tu attulisti tantum, Fraudem, Liuorem, Inscitiam: & substringe aurem breuiter hoc ac liberè docturo. Siquid non ad gratiam aut gustulum tuum erit, sustine & tolera: vel Euripide monente,

* ———— Επει τὰ μὴ καλὰ
Περίσσειν ἐέλμας, τλήθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

* Quoniam non bona Patrare es ausus, non amica etiam seras.



Præfatione tuâ ordiar: id est, calumniarum & conuiciorum campo. Primò vniuersè in Criticos:

„ Ita planè est, vt Titianus noster dicebat, immani paucorum, qui se Criticos dicunt, licentiâ eò ventum, vt si Latina lingua auctores reduces audire daretur, quæ verè sunt sua, „ adeò pro cuiuslibet libidine mutilata, sublata, mutata, addita inuenturos, „ vt nullâ ratione pro suis agniture sint.

Censoria tua verba! quibus nos tamen in parte subsignamus. Quis magis aut sæpiùs conquestus est de temeritate siue calore quorundam, qui Criticos se dicunt? Sed dicunt, ô Luci:

* Οἳ γινθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο
Φοιτῶσ', εἰδὲ τε πάντες ἐναίσιμοι.

* Sunt multa quidem aues sub clari lumine Solis, Non tamen auspiciis apta omnes.

nec tu ille es inter auspicales. Legitimi autem Critici, mihi crede, sol & fal sunt litterarum. Neque mel ideò insuaue, quia ægris sic videtur; nec isti in-

utiles, quia vobis aliquot parum sanis. Sicut bonus architectus & nouas domos parat, & veteres reparat, vtrumque cum laude: simile litterator.

Sed vniuersè ita bacchatus, in me flectis, & meis deinde crutibus asciam hanc illidis.

„*Id, inquis, ne longius abeamus, Tacito euerisse, & quidem ab eo qui Satyram in nostri aui Criticos scripsit, Excerpta hac manuscripti Codicis, pauca è quamplurimis, perspicuè docebunt.*

Hoc à me Tacito? medicina, ô homo: & fatentur omnes, qui ipsi medico non egent. Iacebat vtilissimus humano generi scriptor, paucis noscendus, legendus, intellegendus: ego manum adhibui, famam & lucem, & (ringaris licet) alteram vitam dedi. Confidenter ista: nam, vt ille ait,

* In iure & aquo magnitudo animi deest.

* *Ξυὴ τῆς δικαίῳ καὶ μέγ' ἔξῃσι φρονεῖν.*

Quin hæc, atque alia opera mea laudabilis, vna incurfus vestri caussa. Sicut piratæ nauim vacuum præteruehi patiuntur, onustæ insidiantur: ita vos isti, ** Γοργείας κεφαλῆς ἀπόγοι*, me bonæ famæ vberem petitis, malevolentia faturandæ.

* Gorgonei capitis proles,

Pergis etiam:

„*Illa m. s. codicis Excerpta perspicuè docebunt, quot ibi hominis frigiditas coniecturas, quot sine causâ proteruè reiecta, quot ineptas emendationes.*

De Grammaticâ & structurâ, gratiam tibi semel facio: in re quid ais? *Illa m. s. codicis Excerpta.* Cuius codicis, vbi asseruati? quando, quo modulo, quâ chartâ, an membranâ, scripti? Nihil adstruis: atqui fidem instrumentis præstruere, id primum in hac contentione erat. Laudas Codicem adfiduè, & habes velut Palladium aliquod ex incendiis & ruinis: sed éstne reuera? ipsum vidisti, an *Excerpta*? Nam eâ voce vteris: & ego rem tibi atque aliis, etsi diuinando, dicam. Ex iis quæ adducis assero, Codicem illum aut non esse, aut certè veterem non esse. De plano, inquam, ego hoc adfirmo: exhibe iis, qui gnari talium, possunt arbitrari. An fucum mihi faciant tuæ Notulæ; quæ omnes ab audaci aliquo & malè sagaci ingenio, non à Codice, clamant esse? Si istud; quomodo ab omnibus libris sic abirent, & nec ductum aut vestigia scripturæ prisca tangerent? Certè nos Romæ per antiquos vidimus, & cum curâ ac fide (inquire Luci) composuimus: idem post nos Florentiæ Curtius Pichena, vir egregius, & ingenio ac modestiâ tui dispar. Isti Codices ante mille annos, aut circiter, scripti consentiunt, aut leuiter mutant: tuus, vbi hæsitatio cumque aut nodus, nimium quantum diuertit: id est, nouitia & temeraria aliqua manus, vt dixi, interuenit & scindit. Crede à cortinâ hoc dictum, Lector: & tu, Luci, quid dissimulas? fatere ariolum me esse, & diuinitus scire. Iterum repeto, non est, inquam, liber antiquus: quid si nec tu vidisti, sed *Excerpta* aliquis, ad oram vt fit scripta, tibi obtrusit? O pepo! & bellum hoc etiam, quòd in sex prioribus libris, *Ab excessu Augusti*, Codicem illum tuum aduocas: quorum vnice vnicum in totâ Europâ exemplar esse hæc-

nus

nus audimus. Id Leoni Decimo, Pontifici optimo maximo, oblatum, in Corbeienſi monaſterio ad Viſurgim repertum, ſeruat etiam nunc inſculta illa Bibliotheca Medicæ. Tu aut tui ſi alterum habent, cur non profertur? cur tu in his *Excerptis* non aliquid addis, mutas, corrigis, quod operæ pretium videatur? Nam pauſilla quæ ſuggeris (res mox dicet) ea ſic inepta & abſona ſunt, vt fidem omnem Codici, & iudicium tibi, demant. Satis de illo, in quo

* Φοινικόν ἢ latère, dies etiam reuelabit.

* Punicum aliquid

Sed de me addebas,

„ *Hominis frigidas coniecturas, ineptas emendationes.*

Itane frigidas? hoc malo, quàm vt ab impetu calidas. Sed maturas & ſagaces pleraſque fuiſſe, vel codex ille Florentinus dicet: qui in centum pænè locis eas vel inuat, vel firmat. A Pichenâ hoc pete. Addis de *ineptis emendationibus*. Mox videbimus. ſed vereor vt tu Homericum illum Paridem imiteris, qui cùm initio iactaret ſe ſtolidè & laceſſeret, mox vt Menelaum vidit

* Εἰ παρμαχόισι φανέντα, κατεπλήγη φίλον ἦρε:

* Stantem in principis, percussus pectore caro est:

idem, inquam, tibi eueniat, & me pro Helenâ meâ pugnantem non ſubſiſtas.

Pergis:

„ *Moderationem adhibui, quamuis veteris legis auctoritate, aliâ etiam viâ, tueri me poteram.*

Tu moderationem? teſtor quicumque tua legent, vix aliud intemperantius hoc æuo ſcriptum. Vel pauca hæc præloquij,

* Ταῦτ' ἐχὶ πικρότερόν ἐστιν αὐτῆς ἢ χολῆς;

* Nonne hæc vel ipſa bile amariora ſunt?

Fati mei hoc cenſeo, à plerisque diligere, à paucis carpi: ſed qui fecerunt, enormiter adhuc fecerunt, *Diodorus, Domannus, tu*. Sed tamen *aliâ viâ*, inquis, *tueri etiam te poteras*. Quâ? * κινῶν κινώτερόν mihi viſus es in iſtâ. Sicut ij qui ocymum ſerunt, felicius id naſci ad conuitia interiecta autimant: ſic tu quidquid mox ad Tacitum, diſterio in me rigas. *Tueri*, inquis. Quid hoc eſt? aut quis te læſit, ſiue laceſſiit? Tu hanc ſecurim vltro mihi inieciſti: ego te natum adhuc neſciui.

* caninus magis quàm canes

At æquiter etiam factum hoc prætenſis: quid ita?

„ *Quia tot ſcriptis meis ſpicula in Lambinum, in Hospitalium, in Muretum contorſi.*

Itaque iure communi luo, & ex adagio,

* Πίνωσ' ὀμίχλω τῆς πονηρίας κακοί.

* Facem maliſi turbidam mali bibunt.

Agnosco Nemefin, & te adminiſtrum. Quos tamen læſi? *Lambinum*. Cognominem tuum tueris: ſcito tamen. pauca à me contra eius ſenſum dicta aut ſcripta: nihil in illum, quod famam quidem tangat. *Hospitalium* etiam. Homo veri & verecundi exfors, vbi? Virum illum, verè inter lumina Galliæ, ego offuſcare conatus ſim? Imò quî potui? nec enim concurſus in his ſtudiis aut competitio: & Criticum aut Philologum nihil ille (quod ſciam) tractauit, certè non vulgauit. *Epistolae & Sermones* ſcripſit, Deus bone, bonos & ſapien-

fapien-

vicena lustra fuit, eâ in parte nunc non esse. Dic sodes, vbi *Politiani vestri, Hermolai, Iouiani, Sanazarj, Parrhasij, Bembi* sunt? plures alij, ingenio & doctrinâ inclyti, & propriâ vobis laude, elegantes. Nec culpamus, imò nec miramur. à Prouidentiâ ista sunt, quæ per gentes ætatesque spargit artium flores, & magnum hunc mundi hortum, velut per areolas, variè colit.

Iam de *Germaniâ* etiam arguis scripsisse, *Doctrinam in eâ humaniorem delinquere*. Non est operæ videre vbi tale aliquid dictum, nec scio an de Germanis: hoc scio, nec in somnio id me sensisse. Delinquere ego dicam, quæ in eâ magnis auctibus crescit & affurgit? Videmus audimusque cottidie: & veniunt ad nos plebeij siue nobiles, sed isti maximè, quos honestissimus discendi ardor per varia loca atque homines agit. Vna Gallia tibi dicet, frequentissimam eam gentem apud se esse, & quid nisi ad ingenij animique cultum? Quod idem in Pannoniis, Dacis, Sarmatis scito: & lucem hanc artium ad oras Ponti Euxini iam radiare. Sed hoc bellissimum, quòd de *Vestfalis* etiam meis iniicis & obiicis. Tûne? & quid tibi cum isto axe?

* Ἀλκινό' ἄλλο π' ἐὶ μελέτω φέρον :

* Alcinoë hic alias curas age :

non expectant tuitionem tuam, nec poscunt. Isti Hercules non egent te Iolao. Quid, quòd pax iam inter nos est? & Epistolas illas non interpretatione solùm leniui (quod verè poteram, & publicè feceram) sed spongiâ deleui. Non exstant in postremâ editione. Itaque, vt dixi, res alias, & tuas, age.

Iam ago, inquis.

„ *Nihil intolerabilius eâ epistolâ, quâ Petrum Bembum, columen illud litterarum, tam scurriliter explodis* „

Plura addis, & in hoc altioris nominis velut pulpito reliquum Præfatiunculæ canticum desaltas. Heu, quid faciam? quis me purget?

Non mare si totum velit eluere omnibus undis.

Sed tamen, ô homo, vetera hæc & languida putabam. * — τί δ' ἀνευρον δῶδον ἐγείρεις; Iamdiu est cum pœnitentiam huius offensæ, quanta est, egi: & * publicè testatus sum, nolle factum. Idem nunc itero,

* quid suscitans que-scens dolorem? * Cent. ad Ital. ep. vi.

Confiteor, testere licet, signate Quirites.

Non est hæc legitima satisfactio? Offero, inquam,

* Σπόγγον, ἀκεσοειλω πλαζομένης γραφίδος.

* Spongiam, aberrantis quæ medicina stili est.

Meam sortem! vnumquodque verbulum nostrum sic acriter examinari, momentis omnibus pensitari? Non est veteribus aut nouis, vtique in isto Epistolari genere, factum. Sed fiat, fiat: & cautior per hanc malignitatem, si non melior, reddar. Et tamen quid inelamant? quid dixi aut scripsi? nihil, nisi affectiunculam stili, idque in seriâ historiâ, damnaui: cetera, æstimo Bembum & colo. An non liceat?

* Πάμπαν δ' ἀμωμὸν ἔπης, ἔδ' ἀκίρην.

* Omnino culpa neuis liber auis nota.

At enim *familia illustrissima* fuit, tot heroum parentis, *Cardinalis*, & tuâ destinatione *Pontifex maximus*, si vixisset. Credo, & faueo his elogiis. quid autem?

DA

fapientes! Hoc voce vbiq;e, hoc scripto testatus sum: & differri instar Pen-
thei volo, si verbum mihi excidit in alium sensum. Cedò, cedò: si non po-
tes, Istro fallacior, & Amazonâ audacior, cur hoc ponis? *In Muretum* deni-
que. Audi. Muretum ego noui, & coràm introspexi, virum ingenio & elo-
quio suauem, iudicio sæpè bonum, ambitioni non semper extraneum. Quid
in hunc autem à me iactum? Alibi defensio mei est, fateor, ob nescio quas
suspiciunculas siue conceptas, siue quia videri volebat: ego liberè & fortiter
reieci, sed reieci. Quæ mea hîc proteruia? quin confidenter & tempestiuè
hoc dicam: inter omnes mei æui & generis scriptores, neminem modestiùs
honestiusq;e se gessisse, siue erga functos, siue viuos. Quid de scriptis dico?
idem in sermone: & publicè siue priuatim disserui, semper magnificè de iis
qui meruisse videbantur, & supra quàm meruisse. Ad auditores meos ap-
pello. quoties mihi triumphare de alienis erroribus fuit, & omisi? Nec ma-
gnum feci: natura mea sic est, si nescis: benigni, candidi, faciles in alienas lau-
des sumus: & sæpè nimias, iure in me notandum, imò iam notatum. At tibi
fatis est, inclementer hæc in me dixisse, probationis securo: nec pudet palàm
populo mentiri.

— *hic nigra succus lolliginis, hæc est
Ærugo mera.*

Porro ad alia. nam addis:

„ *In populos denique totos (spicula contorfi) eosq; Europa precipuos. Gal-*
„ *lia languescit. pauci admodum in eâ viri docti. In Italiâ nullus post Sigo-*
„ *onium, qui reliquum in eâ gente decus. In Germaniâ doctrina humanior,*
„ *vt antiqui loquebantur, delinquit. In VVestfaliâ semihomines, & meri*
„ *Suilij, Porcij, Scrophæ.*

Hem, hem ista AD TACITVM? tu verò de scammate abis, & non instrumenta
ad veritatem, sed partes ad factionem quæris. Ego iaculatus sum (vtar tuâ
metaphorâ) *in populos Europa precipuos*. Ecce, telum vnum: *Gallia languescit,*
pauci admodum in eâ viri docti. Telum, sed tuum: his quidem verbis numquam
arbitror me scripsisse. Illud, sed aliter & decentius, & addo verius: per bella
hæc ciuica laudatissimæ & cultissimæ regioni non surculos aliquos doctri-
narum defractos, sed arbores ipsas euulsas, fructiferas in orbem terrarum.
Quid? Galli ipsi non fatentur, & sentiunt, & iure iudicasse me dicunt? quæ-
re. Non est hoc conuiciari, sed miserari: & vtinam alij sic de Galliâ, & de
me quoque, vt nos inuicem sentimus! Addis de *Italiâ*. *Nullum in eâ doctum,*
post Sigonium. Pari fide. nam vbi hoc aut scripsi, aut sensi? Quàm cæca autem
ea præsumptio sit à men' iudicare de ignotis, & in tanto populo, tam altâ
pace, in flore illo ingeniorum, proclamare vnum virum in doctis esse? Desi-
pis mentis, ô homo: & dum me calumniæ vis, populares tuos ignauix, sed
tuis verbis, damnas. Absit hoc mali fati à parente artium Italiâ, artes in eâ
abvnius hominis vitâ suspensas. Quid ergo est? vt liberè hoc tecum & por-
rectiore fronte (ita cœpinus) fabuler: fatemur Italiam, quæ ante dena aut
vicena

autem? ergo in tali, nos qui litteras colimus, nihil iudicemus de litteris? Citharædus olim quispiam, nescio cui regi carpenti aut admonenti: *O rex, inquit, non idem est plectrum & sceptrum.* Bellè: & tu vis, vt purpuræ iudicia omnia cedant; & fasces submittant? Non impetrabis, Luci. qui in comitia publica hæc descendit, puncta famæ suæ feret, non feret, vt liber ille *Populus Romanus Quiritium* volet. Conuicia tantum amoueamus: quæ tu dolosè mihi adfingis. & sponcione prouoco, nisi ipsa Epistola refellit.

Sed hîc cum benè desæuisti, & tantum non tubicinem ad ostium scelerosi Lipsij canere iussisti, ad rem tandem & ad Tacitum redis:

„ *Sed reprimis me, inquis. & tibi, Princeps amplissime, auctor sum, vt codicem illum tuum Mirandulanum, omnium dubio procul qui exstant emendatissimum, Titiano nostro viro eruditissimo credas. Is correctoribus istis personam detrahet, castumq; nobis dabit Tacitum, aut nullus.*

Tute reprimis? qui in sequenti totâ scriptione, velut mappâ missâ, ad conuicia curris. Sed *Principem hortaris Codicem illum edere.* Non ego, ô Princeps: nec vnus huius Xenocratis testimonio crede. Sunt in Italiâ tuâ alij viri gnari & veteres talium,

* Qui meliores sunt hæc noscere, & arbitrari: * ορανηντων

* Οἱ μὲν φέρτεροί εἰσι νοῦν καὶ τε, κερναί τε:

eos adi vel aduoca potius, & audi. Nam iste non est * *μαντείον* illud, quod consulas: alibi sciens aut experiens fortasse, in totâ hac re litterarum, Delfin in terrâ. *Titiano, inquit, viro eruditissimo committe.* Hunc ego quis sit nescio: probum doctumque esse opto & autumo: magis, si alio laudante. Quisquis tamen, aut non habebit codicem fidum & edi dignum, vt ex hoc gustu nos iudicamus: aut si aliter, non erit Mineruæ iste calculus: & vaticinor tibi: Princeps, præsens aut postera ætas suffragium huic industriæ non dabit. Sed hem, *Æacidinæ iam minæ: Iste correctoribus personam detrahet.* Quam personam? non satis capio: nos quidem palàm loquimur, & profitemur esse quod sumus. Quin vos potius histrioniam exercetis, & personas sumitis, quas indecorè sustinetis. Illud in aurem:

* Ne mihi Athenas lauderis, arunt vacui vites. * sui iactatores:

* Μὴ μοι Ἀθῆνας αἰνῆσετε, ἄσκοι ἔσονται.

Amplius, *Castum nobis dabit Tacitum.* Non sum inter * *αἰωνολόγους*: sed audacter hoc dicam, non longè à puritate, nostrâ quidem operâ, abest. Imò aliquid audentius. conueniant decem Titiani, decem loca, præter illa nostra, sana sarcta que non reddent, sine ope quidem eximij alicuius & perantiqui Codicis: qualem frustra iactas tuum esse. Nam illum ego fumi vmbra non emam: nec à me alius, nisi * *νήπιον ἢ χαλίφρον.* Itaque omitte * *γαυλιῶν* & ampullari. diu est, cum nouimus istos,

* -demens aut puer infans, * instar gigantium iactare

* Domi leones, in Epheso vulpeculas.

* Οἰκοὶ λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δὲ ἀλώπεκας.

Atque hæc est tua eximia Præfatio: & quis tibi ad arculas sedit, vt suggereret & dictaret? Nec enim vel hæc tibi, vt reliqua sunt, sine Theseo.

* iustitia iustiora

Sed iam ad rem, ad rem, à Promulside ad ipsam Cænam: & iudicia tua * *δικαιοτέρα τῆς δίκης* videamus.

A D

AD LIB. I. ANNAL.



NAVVM *id Casari.*] Nos feceramus, *Gnarum id Casari*, op- Pag. 5. b
 timè ad sensum, & ductum scripturæ priscæ: sed & pro Ta-
 citi phrasi. Quid tu? * *vo. 9. 8. 6. 4. 3. 2. 1.* & ex tuo illo Codice, *Liuiam* * adulteras.
id Casari, supponis. Et quis non videt, verè supponi? quàm
 tuus ille codex in ipsâ fronte se prodit? Quid simile ad ger-
 manam & veterem scripturam? Si hoc ius est, licet omnia inuertamus &
 rescribamus, vt vola veteris & veræ lectionis non exstet. Plutarchum addu-
 cis: quem tu non nisi apud me legisti, meis verbis & versione vsus. Ille au-
 tem contra me? planissimè pro me, & ipso Tacito (nam ille ita scripsit) si-
 quis bonâ, liquidâ, & non tuâ mente legit. Videatur.

Qui Vedit Pollionis luxus.] In omnibus Notis non maius tuum acumen. Pag. 11. a
 Nam legis ex libro, *lusus*: & interpretaris, *Hunc Augusto tam iocosæ consulta-*
tionis auctorem fuisse. O tuas argutias, an *lusus*! Præiit, *consulti per ludibrium*
Pontifices: & hîc iterùm de *lusu*? Quis tamen tibi dixit *Vedium* aucto-
 rem siue suaforem? *Somnium*, sed à portâ eburneâ. Verba & nexum vide:
 refellent. Iustissimè autem Augustus culpatus, quòd viles & indignos ho-
 mines nimis euexisset, & illudere opibus ac reip. passus esset: inter eos, hunc
Vedium, vt docui. Itaque tua interrogatio ridicula: *Ad quid culpare Augu-*
stum, ob Pollionis luxum? Cui clarè respondemus, Quia culpæ ministrorum,
 Principes ipsos communicant.

De magnitudine imperij, suâ modestiâ.] Muretus haud absurdè *Modestiam* Ibidem.
 hîc pro *tenuitate* (ego *mediocritatem* malle) virium accepit. Id est, Excu- Lib. xi. Var. cap. 17.
 fabat se imparem, quia modicæ sibi animi ingeniique vires pro magnitudi-
 ne illâ & onere imperandi. Potes & solitè accipere *Modestiam*, pro affectu
 animi ab omni ambitu & imperio alieni. Bona hæc & vera sunt: quid tuus
 codex? *Suetâ modestiâ.* quod mihi quidem algâ est vilius.

Dum interfectos, quia utilitati legionum consulebamus, ij sepeliant.] Negat Pag. 18. a
 Lucius idonei aliquid sensus comparere: itaque suadet cum libro legi, *mei*
sepeliant. Etiam ego aliquid nego, Luci. quid? communis sensus in te com-
 parere. Potèstne clarius, *ij*, siue *maius*, *hi sepeliant*? nempe commilitones, &
 digito demonstrat. Nam inuidiosè querebatur *Vibulenus*, fratrem occisum
 à *Blæso*, & *cadaver abiectum.* Quæ autem, ô noster *Crates*, constructio aut
 sententia sit, *Nos mei sepeliant.*


Luna clariore panè calo.] Nos faciebamus: *claro repente calo*: & benè expe- Pag. 19. b
 diebamus, è vero & naturâ. Quid noster? accusat *Catonianum meum super-*
cilium: & ex Codice substituit: *Luna clarior, repente calo.* De supercilio
 dici, quæ caussa est? simpliciter modesteque ita posui: lege, si voles, & inter-
 preta-

pretationem vnâ meam vide. Iam in tuâ correctione quid probi est? *Luna celo visa languescere. Mirum, ni terrâ.*

Pag. 32.a *Vbi primum copia fuit, euehi equites.]* Probè. & monui eodem sensu, *inuehi* legi posse. Quis nescit equites à suis euehi, in hostes inuehi? Tamen vtrumque damnat Hypercriticus, & *egredi* reponit, cum elogio: *Latinè & clarè.* Scilicet nostrum illud Latinum non est? obscurum etiam, & sole eget? Mihi crede, tu mente. nam *egredi* equites, in illo impetu & impressione, quis ferat?

Pag. 35.b *Nihil strenuus ab ignauro, sapiens à prudenti, consilium à casu differre.]* Ego, *sapiens ab imprudenti*: sensu & germano codice Medicæo volentibus. Tu è tuo, *sapiens ab rude.* Agnoscimus diuinatiunculam alicuius, qui libri titulo hæc velat.

AD LIB. II.

Pag. 54.a  *T locis, dignationibus, ordinibus antistent, talesq; ad requiem animi, aut salubritatem corporum parentur.]* Feceram, *alijsq; que ad requiem.* Tu è codice: *& alijs que.* Quid? Nonne hoc ipsum ibi subnotauit? Furuncule, sportulam captas. Sed amplius legis, *separentur*, pro *parentur*: quod non nolim, etsi illud velim.

Pag. 55.a *Tiberius tamen, quasi augetur potestas eius, differuit.]* Scriptura vetus erat, *augetur*: nos ex eâ, *augetur*: & res poscit. At tu superciliosè reponis, *auferretur*. Potèstne apertius contra Taciti mentem? Asinius Gallus in quinquennium comitia Cæsari permiserat: & amplius, vt Legati legionum, certi Prætores essent, extra suffragiorum aleam. Tiberius vidit *arcana imperij tentari* (ait noster:) quid ita? quia in longum sic designare magistratus, superbiam illis, sed & potentiam addebat: ianua aperiebatur ad res nouas. Præter eâ, Principi gratia adimebatur alios creandi; & præteritis offensa addebatur, & desperatio emergendi. Non bona hæc omnia Principi, quem non adstringi, & liberum potentemque præmiorum & honorum esse, expedit: eoque Tiberius damnat. Sed callidè, pro suo more, & quasi vim sententiæ non peruideret, verbis benignè accepit, & vt augendæ potentiæ dictam; respexit, & veterem morem, vnaque vim imperij, tenuit. * *παχύδερμος* est, qui hæc non capit.

* *Crasâ*
ante.

Pag. 56.a *Vrgere modestiam Senatus, eandem vim in me transmittere.]* Ait Lipsium emendare, & quidem *Critico supercilio* (hæc sunt solemnia condimenta) emendare inquam: *Eadem inuidiam in me transmittere*: vel, *inuidia me transmittere*. De priore membro, verum est: in altero, tua falsimonia comparet. Egone, *inuidia transmittere*? spurcum, nec è Latio sit: scripsi palàm (relege) *Inuidia me transdere*: quod antiquis libris crebrum, pro *tradere*. At omnia hæc *nugæ* sunt, inquis. quid ergo tua cortina? *Vrgere modestiam Senatus, & odium in me transmittere*. Quid hoc ad scripturam veterem? semper à lineis codex tuus excidit.

Postquam

Postquam rarus in tribunali Caesaris Pifo.] Quis dubitat, inquis, meliùs legi, *Post qua?* Ego, Quis dubitat te mea nec recto oculo legisse? Nam palàm edidi, *Póstque:* nec muto. Pag. 65.a

Dein Pifo abire Suriá statuit.] Notavi, deliquium aliquod híc videri: ille accusat, *quod nihil tamen addam aut mutem.* Hoc ius mihi esse vis? Verecundiùs ago. & cum Sophocle: * — *ἐφ' οἷς δὲ μὴ φροῦσιν, σιγᾷ φιλω.* At ille quàm pulchrè, quàm benignè explet! *Proin Pifo.* Pag. 68.a

* — *que non scio, silere amo.*

Reperio apud scriptores senatoresq; eorumdem temporum.] Lipsius, inquit, *Dusam secutus* legit, *senioresq;* Nugator. egóne Dusam? imò ille me; & testem habui, non auctorem. Verba mea vide. Sed tamen vterque nos absurdè. Ratio. *nam qui seniores eius aui, historia huius scripta tempore mortui erant.* Subtilissimè, scribente Tacito mortui, ergo audire aut discere ab iis antea non fuit. Quin tu Tacitum ipsum alibi castigas: *Audita scriptaque senioribus tradam?* Reponis igitur, *scrutatorésque:* quod non est Codicis, sed tui illius scrutarij, qui iamdiu friuola sua pro gemmis tibi obtrusit. Ceterùm, & *Senatores* nunc teneam: vt quia res in Senatu acta, testes aduocet scriptores ex ipso Senatu. Pag. 74.b

AD LIB. III.

ODERO seponámque à domo meá, & priuatas inimicitias, non Principis, *ulciscar. Sin facinus in cuiuscumque mort alium nece vindicandum detegitur.]* Valdè híc incurris & inclamas, *Nihil idonei sensus esse, nec me tamen offendi,* nisi quòd rescribam, *non vt Princeps.* Imò, Luci, & illud in textu editum, & hoc à te subiectum, vtrumque à me est: & ad vestigia quidem scripturæ Medicæ. Sed pretium híc verba tua subiicere: *Heus Lipsi,* inquis, *qui gloriaris Ciuicam tibi Taciti causâ deberi: Si Legatus officij terminos, & obsequium erga Imperatorem exiit, quid tandem caussa, cur Tiberius facinus hoc, tamquam Princeps, non ulciscatur? Deinde ad quidnam referes periodum, Sin facinus in cuiuscumque? O te parum attentum Commentatorem! Disce ex nostro Codice ita legendum: Odero seponámque à domo meá priuatas inimicitias, non Principis. Ulciscar enim facinus, in cuiuscumque mort alium nece vindicandum detegitur. Ain' gloriari me de Ciuicâ. Vbi? tua esto, si ostendis. Si quis alius mihi elogium dedit: amicè quàm verè fortasse: quid tamen ad te? Pythagoræum illud à te, * *σέφρων μὴ δρᾷσθαι.* Addis, *parum attentum Commentatorem.* Nam quid faciam, si non sum aquila aut serpens? Tu omnia acie figis: sed tamen Afri hoc legitin? *Cæcitatís facile duas species concurrere, vt qui non videant quæ sunt, videre videantur quæ non sunt.* Vereor, quid vereor? comperior vtramque in te esse. Sed de re, Rogas me, quid ita Tiberius non vt Princeps ulciscatur? liquere putabam. nam modestiam præ se fert, vt semper, & quia Germanicus læsus qui illi adoptione filius, Si, inquit, dumtaxat irreuerenter & proteruè erga Imperatorem suum (Germanicum) Legatus gessit, ulciscar, sed vt pruatius. Quomodo? prisco illo ritu, domo meá & Pag. 79.b*

* *Coronam non decerpere.*

Tertull.

consuetudine interdiciam. Sin autem longiùs progressus Pìso, & non officij sed legis terminos egressus, id est, si fraudem aut vim vitæ eius attulit, tum verò vlciscar vt leges iubent, & facinus in filio admissum puniam, quod in quocumque alio punirem. Ita planissimè suprà: libro II. *Discordiam erga Germanicam odio fortasse dignam, non poena.* Sermo autem & diuisio eò spectant, quòd Tiberius credi volebat, venenum aut fraudem non interuenisse: accusatores aliter, & fama inclinabat. Iam palmariam tuam emendationem lustremus: *Odero seponámque à domo meá priuatas inimicitias:* & quæ suprà dedi. O verè hæc lustranda! Quid est, *seponere à domo inimicitias?* quis præter te sic balbutit? Et sequentia deinde quàm coherent! Quid interioris hominis sis, non definio:

* At in tuo sermone sensus haud inest.
Pag. 80. a

* Εἰ τοῖς λόγοις δ' ὄχι ἐνεσί σοι φρένες.

Scripsissent exostulantes. quod haud minus Tiberius, quàm Pìso, abnuere.]
 „ Iterùm tua verba: *Lipsius hæc non intellegit. ideò alieno loco inserta autumat.*
 „ *Tandem Tacitum castrandum docet, & totam hanc ei periodum adimendam.*
 * Lapsus. * Iniurationes.
 Hæc mea sunt * σφάλματα, quæ tua * ἀνορθώματα? Codex mirandus: scripto ipsum id exostulasse, quod haud minus. Deinde lux: *Litteris paullo ante obitum exostulauerat Germanicus, se fraude Pisonis circumuentum: quod negauit Tiberius, qui occultè Pisoni fauebat.* Potest aliquid vaniùs? Germanicus, inquis, *litteris exostulauerat.* apud quem? Senatum, opinor: quod lectio tua & connexio poscit. Cedò igitur, vbi verbulum de his litteris? Et rem tam insignitam, id est ipsius morientis testimonium, Tacitus insuper habeat, nec vsquam ponat? Scripsit ad Pisonem, fateor: sed nihil pro hac re, & *litteras tantùm, quibus amicitiam ei renunciabat.* Stultum me quoque, qui ventilo. Nónne enim hæc talia, vt explodenda magis sint, quàm exploranda? Sed hem, ioculum tuum non aduerto. Ais, *castrare me Tacitum:* & sæpiùs culpas, ipso illo verbo. Habe semel. Nos Galli ad Rhenum, spadones certè non amamus. Hoc tantùm, castrare quosdam, sed in capite, sollenni nobis & antiquo ioco.

Pag. 81. a

Qualem Pìso diem supremum, noctémque egisset. Atque illo pleraque sapienter, quadam inconsultiùs respondente.] Lipsius iterùm hîc vapulat, quia hæc *mutila asserit: vel si non sunt, legendum, Atque filio. Quasi filius patrem accusasset, quòd quadam protulisset inconsultiùs.* Res verò minimè similis. O Luci hîc eluce, qui verba mea aut Taciti sic capis! Quin ipse filius pleraque sapienter, quædam (vt adolescens) inconsultiùs respondet. Hoc, inquam, sentimus: tamen & sic dissentis, & Codicis ista præfers. *Ad quæ, illum pleraque sapienter quadam inconsultiùs, respondente.* Iam tua fax: *Senatum Tiberius interrogauerat, quenam fuissent Pisonis postrema verba. Qui respondet, eum quadam sapienter, quadam inconsultiùs dixisse. Figurata locutio. Respondente Senatu, id est aliquo ex Senatoribus, reliquis assentientibus. Senatum autem à Tiberio interrogatum, ostendunt illa verba, Apud Senatum crebrisque interrogationibus exquisit.* Ita enim distinguendum. Hæc sunt bella, arguta. Senatum, inquis, Tiberius

berius interrogauit de morte Pisonis, & quæ circa eam. Itane? qui scire autem Senatus potuit aut debuit, qui non in re præsentis? Nam in priuato, & occulta ea mors, vix domesticis gnara. Tamen ea mens, inquis, & Senatum à Tiberio interrogatum illa adferunt: *Apud Senatum crebrisque interr. exquir. Ita enim distinguendum.* Eximiè. *Apud Senatum exquirit*: id est, Senatum, tuâ Grammaticâ. Deinde, *Figurata locutio: Respondente Senatu, id est aliquo ex Senatoribus.* Bambalio! quin tu audi me non figuratè loquentem. Si peruersæ interpretationi, aut curuæ menti, præmium aliquod positum; tuo iure hîc habeas.

Verùm hac nobis maiores certamina ex honesto maneant.] Ego, inquit, in hoc loco conclamaui. quem tamen facillimo negotio clarum reddere poterat. Ita sanè tam facilè, quàm pîrum vulpes comest. Nam codex: *Vera hac nobis maiores certamina. Sensus. Ne irascamini maiores, quòd dixerim, nostram atatem multa laudis protulisse: sed permitte, vt ex honesto vobiscum certemus.* Hîc tuus claror, an nebulæ? Nam Tacitus palàm ex suâ personâ loquitur: & vnde hæc auersio subita & * ἐμβολή ad maiores?

Pag. 95. c

* excursio.

Porrò si hi duxissent prouincias.] Fateor addubitasse me super hac phrasi, sed addidisse totidem verbis: *Aliquis tamen fortasse ad sortem haud malè traxerit: & duxerint, id est sorte extraxerint.* Quid igitur insultas? aut quid nisi mea, imò Merceri (à iudicio & doctrinâ laudati viri) nobis reponis? Tamen inferi hîc emblema etiam debet: *Lipsius optima quæque corrigendi auidus.* Non hercules, sed praua & prauos: vno quodam nunc excepto, qui corripî, non corrigi potest.

Pag. 96. b

AD LIB. IV.

Et tum catenâ vinctus perorante filio. Preparatur adolescens.] Ais me Erricum Memmium hîc laudare, sed non sequi. Sic enim ipse: *perorante filio pater. paratur adolescens.* Os durum! non ego sequor? verba ipsa mea. *Audio virum magnum Err. Memmium legere, Perorante filio pater, paratur.* Deinde addo: *Et rei, & hominis causâ, quis non comprobet?* Ecce, vtroque pollice laudo: & tu audes scribere, non sequi? Callidum, sed non callidum mendacium.

Pag. 118. a

Neque aliud probis, quàm ex matrimonio solatium. Esse in ciuitate Germanici coniugem, & liberos eius recipere dignaretur.] Ego de me falsus sum, non esse medendo: at tibi omnia in procliui. Itaque cum Codice legis: *Neque aliud probis, quàm ex matrimonio, solatium esse in ciuitate Germanici coniugem ac liberos respicere dignaretur.* Quis approbet? itane solatium ex matrimonio in ciuitate tantùm? infelicia & illætabilia coniugia, quæ rure? Quin tu Curtium Pichenam consulisti, qui religiosè notat defectum in Florentino codice apparere: *in ciuitate Germanici: & dignarentur, pro dignaretur?*

Pag. 128. c

Pag. 130.b

Quippe illi prae-gracilis & incurva proceritas.] E tuo libro, *prae-gravis*: & hoc vnum vsque adhuc est, quod referri possit in acceptum. Iò Pæan! * Γέννησα. μαιώμεθα τοῖς εὐρήμασι. Corruptis tamen, & mox, *senectus*, legis vbi nos, *proceritas*. Ceterum fatêre. fundamentum huic lectioni (fortasse & auspiciu) à me habes.

* Gaudemus
in animis
inuentiu-
culis.

Pag. 135.a

Corruptos quosdam Libertorum, & peritum se arguens.] Hic exsultas, & in quadrigis albis veheris: quidni? Nam ecce (verba tua) *manifestò haret sententia: & quid sibi vult illud, Peritum se?* (Phœbum aduoca. res implexa.) *Si rem diligenter perpendas* (suadeo, & omnes ingenij neruos intendas) *non conuenit huic loco: neque Sabinum aggredi potuisset, nisi criminum eius. vera an falsa fuerint, notitiam aliquam habuisset.* Legendum itaque secundum scripturam *Mirandulani Codicis: Corruptos quosdam libertorum, & peritum se arguens.* O notam lauru & Capitolio dignam! ô praesidium opportunum libri! Nos omnes, omnes, hoc fugerat: & *Lipsius ille* (iterum tua verba) *sicco pede, ut alia quamplurima, maioris etiam momenti.* Vis dicere, tuâ phrasi, *transierat?* En, malum me fullonem, qui pedes non merferim ad eluendam hanc mendam. O quis tam vappam vnquam te putasset? Ita nescis omnibus libris sic legi, & lectum esse, etiam meis? Nisi fortè in vnâ aliquâ editione Typographicum hoc erratum: quod vel puer tamen emendaret. Lucidissima enim sententia: cui tu nescio quas iterum nebulas offundis, ratiocinando: *Quomodo enim Sabinum aggredi potuisset, & reliqua.* Quibus verbis quid velis, nescio, vapulem ego, si ipse tu.

A D L I B. V.

Pag. 141.a



*Q*UIBVSDAM *Cæsaris Libertis velut agnitus, per dolumque comitantibus.*] Melior, inquis, scriptura Codicis: *Velut agnitum, per dolum comitantibus.* Nego, textus videatur: etsi in sententiâ pluma haud interest.

A D L I B. V I.

Pag. 143.a



*B*ONA *Seiani ablata ærario, ut in fiscum cogarentur, tum retulere Scipiones.*] Tu files, Pichena religiosè monuit, in Medicæo legi: *tam referret Scipiones.* Puto ego: *ut in fiscum cogarentur, tamquam referret, Scipiones.* Sententia. Seiani bona publicata, id est ærario populi addicta erant: nunc per adulationem censent Scipiones, in fiscum Principis transferenda. ut scilicet propria eius essent, quia per illum Seianus opibus creuisset. Et exemplo item à militiâ, in quâ promoti Imperatori (alibi docui) obligabantur. Tacitus irridet, *tamquam referret.* Quasi dicat, Quis nescit, Principem & Ærarij & Fisci (illo æuo) pecuniam omnem tractasse, & in nomine, discrimen fuisse?

Pag. 144.a

Vt verò Latinium Latiarem ingressus est accusator Acrius iuxta inuisi.]

Verissime

Verissimè emendaueram, *aggressus est, accusator ac reus iuxta inuisti*. Non probat noster Probus, & vult ex Codice: *aggressus est accusator acrius, iuxta inuisti*. Addit interpretatiunculam: sed, ita me Musæ, iuxtà cum eius textu intelligendam. Moneo autem, ad meam scripturam, meliùs etiam lectum mox iri, *gratissimum spectaculum præbebant*.

Arguitur pleraque C. Casarem.] Ais me hîc frustrâ sudare, sed *refrigerium Codicem tuum esse: Arguitur notasse C. Casarem*. Agnosco. hîc & aliàs refrigerat nos tuus codex: etiam Neronianas, opinor, thermas. Hoc autem verbi, quis non videt de ingenio substitui? vt sunt pleraque tua & illius **νοῦθόμυρα*. *adulterina.

Neque segniùs Consules edixêre. Silentium ipsius non civile, vt crediderat, sed in superbiam accipiebatur.] Hîc ego ad tribunal citor: *Ades dum Lipsi*, inquis: (adsum mi Prætor) *qui Tacitum tuum auctorem vocas* (malè, abdicò, in te transcribo:) *Cuiusnam silentium intellegit?* (Archimedæa quæstio) *Tiberiine? qui fieri potest? non enim siluerat, quinimò magistratus & patres incusauerat. Cuius igitur?* (me miserum, vnde extricabo & reperiam?) *Audi, audi manuscriptum Mirandulanum: Neque segniùs Consules edixêre silentium. id quod non civile.* Audiui mi Prætor. sed ad alium Prætorem ego te duxerim: qui, sed fileo. Nam quàm fatua hæc sunt? quin tu audi liquidam veritatem. Plebs tumultuata, Tiberius siluit, & per magistratus saltem coërcuit. Hoc ei in superbiam vertit, quod non ipse dignatus edicto aut verbis admonere.

Qualem diem Tiberius induisset, pari habitu.] Codex Mirandus, *qualem faciem*. Tangere sententiam voluit, & certè allusit. Idem nos potuimus, si liceret aut liberet tam liberis esse.

Tradidere quidam descriptum fuisse Macroni.] Legis, *destinatum fuisse*. Quanto Mureti illud præstat, *præscriptum?*

Totâ mole regni ultimi. id peritiâ locorum melius ab Hiberis pugnatum.] Quod legendum censui, *ultum ijt*: Lipsius *hoc rectè*, inquis. Gaudeo & gratulor, quòd semel aliquid tibi rectum, mi Censor, sed cum exceptione. *nam quod postea legit, Id peritiâ, imperitiam ostendit.* Bellè allusum. Sed itane meam, an tuam ostendit? an malitiam potiùs? Hanc certè. nam ego clarè emendo & scribo: *ultum ijt: peritiâ locorum*. Nec cense sic imperitum, etiam elementarium litterarum; vt palàm solœcissem. Atque hæc sunt ad primores sex libros, tenuia sanè & praua. Vbi promissa? Iouis epulum exspectabamus, Hecales cæna apposita est. Sed alius iam fortè missus lautior: videamus.

AD LIB. XI.

LAVDIVM spiceâ coronâ euinctum.] Codex, *reiuinctum*. Tanti litterula est? rideas in nobis, & exsibiles.

Et recipere Armeniam, ni Vibio Marso.] Ego me hîc in te nebris micare fatebar: addis tu (facetè & defricatè) *non in hoc solum loco, sed*

alijs quàm plurimis. Quid igitur noster Phœbus? radios immittit: & Sat, inquit, in tenebris micatum, veni in lucem Lipsi. Codex M. s. Et reciperasset Armeniam. O mi sol & falus, sequor, & iam video. Non tamen fas alios codices incomparabiliter meliores sequi, qui præeunt, *reciperare Armeniam habebat?* Græcanicâ phrasi, sed Latinis etiam crebrâ.

Pag. 137.b *Aduersa in remp. casura, cum prosperè egisset.*] Dorsum Lipsi, & vapula. Nam mutilum hunc locum agnoscis, nec tamen medicinam, quæ facillima est, vides. Codex: *aduersa in rempublicam casuram, ni prosperè egisset.* Hoc mihi est Bœoticum ænigma, alius capiat.

Pag. 178.a *Ex seueritate prisca.*] Negationem ego addebam, *haud ex seueritate*: & sententia mecum. Tu abnuis, & nugas oggannis, quas piget reponere. Piche- nam hîc audi: *Rectè dubitauit Lipsius de sinceritate huius loci, quem ego Florentini codicis auctoritate emendo: Mitem & recens repertam, quàm ex seueritate prisca.* Optimè. negationi meæ hæc consonant: nam, *magis*, siue potius, intelligendum est.

Pag. 179.a *Dum industriâ cubiculum Principis occulit adulteros, dedecus quidem illatum, sed excidium procul abfuisse.*] Verba Lucij: *Lipsius regem eum facit, qui hunc locum emendarit. Miror: nec enim vllum hîc mendum, & sententia per se clara. Dum cubiculum, inquit, Principis occulit, id est abscondit* (optimè. quis enim *Occulere* cepisset?) *adulteros industriâ, id est cautè.* Cape, cape igitur sceptrum:

* Namque
ambidexter
es, nec erras
vspiam.

* Αμφιδέξι & ὅ ἐι, καὶ ἐχάμαρταίεις.

Tamen dic, fodes, *Cubiculum industriâ occulit?* vnde hæc illi? Figura est, dices: pro *Cubicularijs*. Benè est, nihil vltra addo. Hoc tantum, meam correctiunculam à libris firmari, etiam Florentino. Videatur.

Pag. 180.a *Num Messallinam secretis minis depellerent amore Silij.*] Ais hîc laborare *Politicorum Principem, in eruendo quæ sint Secreta mina.* Non equidem. neque istîc hærebam: sed sententia tota obtenebrat, & parum hæret. At tu ex alto pronuncias, *Quis dubitat secretas minas eas dici, quæ dissimulato instigatore, per illos amicitia specie sunt, quibus fidem in ceteris adhibere solemus?* Quis dubitat? nec Pyrrho. ille tamen *Politicorum Princeps* putat veriùs & simpliciùs, *Secretas minas* esse, quæ non in publico, sed priuatim adhibentur. *Politica* autem quid huc faciebant? nihil, nisi quòd illa, illa mea, vos vrunt.

Pag. 182.b *Tum quidquid habitum Neronibus & Drusis, in pretium probri cessisse.*] Legebam, *autum.* Tu aliter è libro: *quidquid habitum Neronibus & Drusis in pretio, probro cessisse.* Itâne semper huic libro, tamquam polypus saxo, hæreas? Non hîc debebas. quid est, *Probri cedere?* nihil pro Taciti mente, quæ est: pretij & auctoramenti loco, admissario ab adulterâ data omnia rara, & à maioribus ad Claudium transmissa. Est, quod ille in probro simili:

*Coniugij obsceni pretium Romana poposcit
Mœnia. —*

A D LIB. XII.

CLAUDIO *calibi vitæ intonanti.*] Quæris hîc à me, *Quid sibi vult,* Pag. 185.b
Lipsi, vox Intonanti? quin cascum hîc nobis aliquod vocabulum, more
tuo obtrudis? Respondeo, *Intonare esse, voce & clamore aliquid*
efferre. Ita Liuius: *Cùm hac intonuiisset, plenus ira.* Et mihi decorè,
 ac pro Claudij ingenio, videbatur dictum: cur mutarem? cur ad *cascum* ali-
 quid irem? *Meo more,* inquis. Hoc tu & alij, sed inquitis: quando ostenditis?
 Tua tamen hîc lectio: *calibis vitæ intoleranti.* Tua? Pichenæ est ante bien-
 nium: ipse vindicat, & manum iniicit.

Statueretur imò documentum, quo uxorem Imperator acciperet.] Legebam, Pag. 187.b
quomodo uxorem: & elarius erat. Tu illud retines, & eundem sensum elicis:
 habeas, sed hoc quoque Pichenæ adscribas. Ab eodem amplius, Florenti-
 num codicem de defectu suspicionem facere: in quo est: *quo uxorem im-*
perator acciperet. Semel tibi dicam, rarò diuinationes nostras, aut hæ-
 fitatiunculas, temerarias esse.

Deinde L. Pomponius Legatus auxiliares Vangiones.] Parum ista hæere Pag. 194.a
 dixi: tu quoque, sed ferruminas ope codicis: *Proinde L. Pomponius.* Plumba-
 turâ parum firmâ: & nunc etiam hiant.


Tamquam ducem haut spernendum, etsi non prælium, at certè bellum absumpsis- Pag. 198.a
set.] Oratio manca, inquis: deinde totidem hæc verba, totidem litteras è Mi-
 rando codice reponis. Quæ hæc mira sunt? Oratio autem non manca. omni
 pede bellè procedit iis, qui sciunt, quid inter *Prælium & Bellum* sit Latinis.

Prouisum illic sacrificium imperatum dictitans.] Tu è codice: *sacrificium in id* Pag. 201.b
paratum. Ego aliter, nequedum pœnitet. Illud fateor, hanc secundam tuam
 (ita puto) notam tolerabilem esse.

Vt ignaro domino ad id prolapsa, in seruitutem sui consensisset.] Verba hîc tuâ, Pag. 203.b
 an intemperix: *Lipsius meras nugas egerit, è titulo de Iuris ignorantia: sed ne* “
multis, Codex optimè: Ac si in seruitutem sui consensisset, ex eâ qui nati essent, pro “
vernibus haberentur. Imò tu pro veruece. *Quid fani in totâ hac scripturâ est?* “
 A me & Florentinus etiam codex, & Ic^{torum} sine controuersia Princeps *Iaco-*
bis Cuiacius: cui bono arbitro talium iuuentus credat. Verba eius lib. XXI. “
 Obseruat. cap. XVI. vbi de toto hoc *Sc. Claudiano: Nam si volente domino eius,* “
efficiebatur liberta, non ancilla, vt locus Corn. Taciti XII. Annalium perspiciuè de- “
monstrat. quem feliciter restituit & interpretatus est Iustus Lipsius, rei litterariæ “
perfectissimum columen, quem ego vt admiror, & diligo quoque plurimum. Quid “
iam Lucius? in Ætnâ est: Aquam, aquam.

Cognitâ cade Caij haud obtemperatum esset.] Mutilum locum censui: nihil Pag. 204.a
 est Mirandulano credamus legenti: *haud obtemperarent.* Lucij deinde lux:
Judei subintellige præfectis Romanis. De calcariâ in carbonariam. Tacitum
 vide, Lector.

AD LIB. XIII.

Pag. 221.a  ERO trepidus, & interficienda matris avidus, non prius differri potuit.] Vis è tuo codice, differre. Puer septuennis non hoc damnet, illud capiat?


Ibidem. Vocem unius ex inimicâ domo adferri. Refutare tenebras.] Liber, adferri, hanc refutare. Non damnem, si ita verus vetusque liber.

Pag. 231.a Se ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem.] Legebam: concessam à dijs iactans nobilitatem. Tu eadem, nisi quòd iactans scribis. Si verè, quid insultas? iam vidimus.

Pag. 233.a Temperata apud transmarinas provincias frumenti subuectio.] Hoc quidem est regulâ rectius: tamen Censori nostro sistamur. Nescio, inquit, an ullibi legatur (nullibi, securus esto) frumenti subuectionem Romanis nocuisse. quare igitur temperata? Lipsius nescit, quò se voluat. Non hercules. ego in hoc luto utroque pede hæreo. Tamen os etiam exstat, & quærenti respondeo: Ideò temperatam, Luci, quia iniqua erat, quia præter leges, & cupidè nimis, & fraudibus mixtis, publicani exercebant. Commentarium meum vide. Possis etiam referre ad sollemnem illam frumenti subuectionem ex Africâ & Ægypto, in annonam populi: de quâ abundè alibi scripsi. Nam & hîc oppressio, & ultra modum, ut apparet, iam ibant. At tuum argumentum ô Achilæum! Non nocuit Romanis, quare igitur temperata? Chrysippe, Stagirita adeste, expedite ex his laqueis. Furtum furi non nocet, quare vetetur? Itaque fatalem librum audiamus: Imperata. quo sensu? Quindecimuir dicet: Duo hoc anno facta scribit Tacitus: imperatam à Tribunis plebis frumenti subuectionem, & fraudibus negotiatorum occursum. Itane à Tribunis? ubi mens tua & oculi? Desterte, palàm à Principe hæc edicta Tacitus scripsit. Imperatam etiam? tam verè, quàm lucem hanc noctem esse.

Pag. 234.a Nationem eam regebant, in quâ tum Germani regnabant.] Tu è codice: in quantum Germani regnabant. In viâ eras, nescis progredi. Florentinus codex, Pichenâ notante, optimè: in quantum Germani regnabantur.

AD LIB. XIV.

Pag. 237.c  N fecunditatem & verum animum timeri?] Errici Memmij magni viii, & cum poëta, — ὅς ἐνὶ φρεσὶ πειθαλίμῃσι κέκασο, coniectura erat, veterum annuum: digna tali. quid tu? te quoque digna adfers: virilem animum. Scin' tu de Poppæâ sermonem esse? de illâ mollicellâ? & ipsa scilicet virilem animum sibi adsumat. Nugator. Nos aut Memmij, aut librorum scriptum asserimus, verum animum. Quis igitur (ita quæris) verus animus? Rectus, & in maritum, sine fuce, affectus. Innuebat autem aliter in Octaviâ esse.

Pag. 238.b Additurum Principem defunctæ templum.] Theatrum hîc aperis, & suauiter

uiter ludis. Quæris à me (ego semper sagittis tuis scopus) *Quid illud, Lipsi, Additurum?* Quod quiuis, respondeo: præter alios honores funeris & solita testandæ pietati, Principem (cui hoc vni cum Senatu ius) decreturum diuinos etiam honores, & templa. Hæc talia, amoliendæ suspitioni, & testandæ, an ostentandæ? pietati. At tu hîc sudas & stupes, & legis denique (ex tuo illo, verè tuo, codice) *Additurum defunctæ templum.* Addis lucem: *Nam Anicetus vult, vt dum ipse Agrippina neci intentus est, Nero pietatem simulet, adeundo matris templa.* O quem te appellem? * — *ὦ Νιόβης ἐμπνοον ἀρχέτυπον!* Itaque Agrippina iam tunc viua templum habebat, & Nero adire debebat? Nummos à me cape duos, quibus: sed desino.

* - ὁ σπινθὴς ἐπιγράφει Νιόβης

Eminentibus tecti parietibus, fortè validioribus.] Vocem *parietibus*, suspectam olim habui: nunc censeam, *arietibus*, reponi. Obliqua tigna, & fulcra, sic appellarunt: vt eâdem causâ & imagine *capreolos*. Cæsar in ponte Rheno *Arietis* ita voce vsus: Poliorcetica nostra vide.

Pag. 239.b

Qui nihil contatus, poscit summam sceleris.] Exposui: at tu nugas ea habes, & legis, *summam sceleris*: id est, inquis, *supremum mandatum.* & fortè dixerat *Anicetus*, *Si Nero id mihi mandet, promptus ero.* O friuola magis, quàm testulæ vllæ fractæ! Tamen diuina tua mens interlucet, subiicientis ipsa verba etiam *Aniceti*.

Pag. 240.b

Et luisse eam pœnam, eâ conscientia, quâ scelus parauisset.] Hic quidem cautè nobis caues, & infis: *Diceres de Agrippinâ sermonem hîc esse, cum de Agerino eius liberto agatur.* Itaque *Mirandulanus*: *Luisse eum pœnam.* Lector quisquis es, illum an me culpas? Me iustissimè, qui tam fatuis paucas has horas, & aciem stili impendo: id est, perdo. Quid clarius certiusque, quàm de Agrippinâ agi? Ipse Tacitus prodit, in consilio paulloantè Neroniano: *Agerino vincla iniecta, vt exitium Principis molitam matrem, & pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret.* qui ipse commentarius verborum, quæ in manu. Quid autem tu de Agerino? quis præter te, de eius morte? Semper tibi cordi * — *ὄνειργι ἀμύχανοι, ἀνεπίστωτοι.*

Pag. 241.b

* fatua atque expertis somnia sensus. Ibidem.

Idemq; dedecus Senatus & populi sperauisset.] Nostra & litterarum illa lux *Codicis Mirandulani omnino sequenda lectio: Indèque dedecus.* Deinde acroama, *Lippus es interdum, Lipsi.* Ita profectò, omnino sequenda: sed iis, qui pede & mente sunt varis. Nobis videbatur optimè scriptum, Quòd Agrippina sperasset *idem dedecus Senatus & populi*: nempe, iuratos in sua verba primum milites, deinde Senatum populumque. Factitari hoc solitum, scimus: & Tacitus tibi dicat. *Consules primi in verba Tiberij Cæsaris iurauerunt: mox Senatus, milesq; & populus.* Noster Luci, hoc lucet? Lipsio quidem, etsi lippo.

Ac posteaquàm frustra oblata sint.] Tu è *Mirandulano*, optata sint. Quid opus est? ego iam è Romano.

Ibidem.

Tentans citharam ac meditans, assistentibus familiaribus.] Vetus omnis scriptio, *facie*, aut *facies*; non *familiaribus* erat. Itaque ego ad *Faces* transtuli,

Pag. 244.b

li,

li, re & historiâ saltem approbante. At tuus codex supponit: *applaudentibus familiaribus*. Noui, inquam, commatis hæc moneta, & nequam.

Ibidem. *Quibus aliqua pangendi facultas, necdum insignis.*] Ego & Muretus hîc spernimur: codex præfertur: *necdum insignis erat, ij vati considerare simul. Vati, id est Neroni*. Venare, venare: testudo, non capies hunc leporem.

Pag. 247.a *Quantoq; metu occultior, tanto plus famæ adeptus.*] Solenne illud, ego ad examen. & *Quid est, inquit, Lipsi, metu occultior? metûne aliquis famam adipiscitur?* Quid dicam mi doctor? nos in caligine; tu * — *ὁ δὲ ὀργῆς πρὸς ὅσω καὶ ὀπίσω*. Quid ergo tu? *Quantoq; vitâ occultior*. Parabam dicere, *Consensio consciscoq;*: sed aperta veritas prohibet. & quid aliud Tacitus, quàm Plautum metu occultum subductumque fuisse, quia à Nerone & talibus Principibus timebat? Itaque egit procul à republicâ, *securâ & castâ domo* (ait noster) & famæ propior, quò alienior.


Pag. 247.b *Consuleret sibi & turbis, seq; prauè diffamantibus subtraheret.*] Ridiculum hîc me dicis, qui feci, *sibi & urbi*. Feci? dubitavi leuiter, & licere putabam. Oraculum autem tuum: *Consuleret sibi: & turbis, seq; prauè diffamantibus subtraheret*. Ferre hoc possum, & laudare etiam (vt tu homo es) cùm non planè extra scopum iacularis. At in meis, nihil quod iustè rideas, aut culpes.

Pag. 249.a *Neque coniugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti.*] Tu immutas distinctione, *suscipiendis neque alendis liberis*. Quæ prauitas? An quia *suscipere coniugia*, non rectè & * *ἐναργῶς*, atque etiam * *ἐνεργῶς* dicitur? exempla & sermonis filum vincunt.

Pag. 251.a *Prasutagus longâ opulentiâ clarus.*] Elegantissimè, inquis, ad discrimen *recentis opulentiæ*. Tolero: cur non tu meum, *longè?*

Pag. 260.c *Repetitum venerantium iamq; & palatium.*] E codice: *repetitum venerant, iam iamq; & palatium*. Ranis ministra. nam hoc non est merum.

A D L I B. X V.

Pag. 268.b  *vo securitatem annonæ sustentaret.*] Noster iste, *sic ostentaret*. Ego nunc vellem (ductu scripturæ) *seu ostentaret*. Nam ANNONA AVG. id est Augusti, siue Principis; sæpè in nummis.

Pag. 272.a *Initia vigiliarum.*] Tu, *munia*: quod despuo. Militiam nostram è Polybio vide, & morem disce.

Pag. 274.b *Nomina summa cura & meditamenta.*] Hæc ego benè & sedulò in Editione vltimâ explicauit, etsi fateor olim obhæsisse. Cur errorem vides, reditum non vides? Itaque quidquid hîc adfers, * *τὸ ἐμὸν γ' ἐμοὶ λέγεις ὄναρ*. nisi quòd ego pluscula magis eruditi pulueris.

Pag. 275.b *Missi auspices duo, & genialis thorus.*] Cuperes, *admissi auspices*. Nugæ. lege nunc mecum, *visi*: itemque, *dos*, non *duo*. quod & Florentino gaudeo adstrui.

Pag. 282.a *Neque Senatui quid manere, sed prouisum.*] Nos in æstu hîc sumus, tu tran-

tranquillo : atque adeò tranquillas omnia mitior Neptunus. Nam codex ille: *Ergo Epicharis plorans ei omnia scelera Principis orditur, neque Senatus quidem tacere.* Duplex emendatio. prior, *plorans ei omnia*, vbi vulgò, *plura & omnia.* Nec frustra damnas: sed meliùs à me nunc repones, *plura & obuia.* Nota, nota. Altera, *neque Senatus quidem tacere.* id est, *Anum istam*, (sic tu facis, etsi bonâ ætate fæminam) *Chiliarcho & Neronis & Senatus scelera denudasse.* Heus tu Vatini, quid Senatus admiserat, nisi tolerando? Et cur illum odio obiectum velis, gladijs non obijciendum? neque id agebatur.

Cuius amœnitate captus Cæsar crebrò ventitabat.] Ego, *crebrò eò ventitabat.* Pag. 282. b
At tu, *Quo eius amœn.* Eadem incudem tundis, & est * *ἄνεμος*: sed tamen * *Idem dicitur.*
Pichenæ & hoc transcribe.

Gestabatque velut magni operis sacrum.] Negabam verbum *Gestandi* conuenire: meritò. neque enim pugiones gestari, eius æui mos ferebat: nisi fortè à milite: atquin hic Senator erat. Tu obducis, *occuliè eum, tot aliorum exemplo, gestasse.* Vbi hæc tot exempla? cedò. Scio vnum atque alterum cum pugione deprehensum; sed nemo eorum iactauit aut prætulit, vt *magni operis sacrum.* Itaque etiam nunc sustineo, & de sanitate verbi controuerto. Pag. 283. a

Venerationem hominum merito, quod ad omina olim sui exitus verteretur.] Pag. 290. b
Lucius: *Lipsi, qui fit, qui alios hîc & passim irrides, vt hiulcâ istâ oratione non offendaris?* Luci, neque hîc neque alibi irrideo; in tuis rideo, neque benignior materia ætati meæ obuênit. Cur autem non offendar, fit quia proba & plena est oratio: tuus codex solens peccat: *sed ad omina olim sui exitus vertebatur.* ”

AD LIB. XVI.

NON falsa antè somnia sua, seq̃ tunc primum delusum admirans.] Pag. 292. a
Tuas hîc nugas referre piget, nedum refellere. Scribis tamen: *non falsa vt ante somnia sua, sed se tunc.* Affaniæ & nebulæ: vulgata liquent.

Se æquum aduersus æmulos, & religione iudicum, meritam laudem assecuturum.] Ibidem.
Tu facis, *Se æquè.* quid velis, nescio: ego nunc, *Se æquo*, id est æquitate.

Ventitare ad eum nuntios & consolationes. Feceram, *consultationes.* verissimè, & Florentinus postea codex confirmauit. Sed *durus tibi loquendi modus:* ideoque, *consultores;* substituis. O molliter & Ionicè!

Nam illi dies per somnum, nox officijs & oblectamentis vitæ transigebatur.] Pag. 297. a
Votum tuum: *Vellem Lipsius Petronij nocturna officia nobis explicasset.* Ego feci è Senecâ, si tu talium capax. Quia exercebantur, gestabantur, lauabant, prandebant noctu, itemque salutabantur aut salutabant, & eiusmodi munia vsurpabant. Tamen ex libro ingeris: *nox omnibus vitijs.* Quid hoc libri sit nescio, quia omnia acria, & bona, diluit aut deprauat.

Et quantum misericordia sauitia accusationis permouerat.] Tu miraris & abnuis, Pag. 301. b

abnuis, *sevitiam accusationis misericordiam mouere; odium potius. & maiorum criminum reus, maiore odio dignus. Lipsius hic tacet: adeamus Codicem Mirandulanum: Et quantum misericordia se inuicem accusantes meruerant. In sole caligas. nam sententia prompta. sœuum hoc spectaculum & accusationem: quia, vt Tacitus ait, discrimini patris filia annectebatur: ruebant in mutuos amplexus, & licetor dimouebat. Lege, intellege, & tu quoque miseraberis. Lipsius autem hic, inquis, tacebat. Ita soleo, nec in meridie lucernam adhibere. At tua lectio quàm falsimoniam clara? Tamen interpretaris: Illud summopere misericordiam mouisse, quòd filia pro patre, & pater pro filia mori vellet, & quilibet seipsum accusaret. Aduerso æstu ferris, & Tacito palàm obniteris: quid si & Latinitati? Nam, se inuicem accusantes, non quòd tu vis; sed planissimè contrà signat, quòd mutuò se accusarint.*

AD LIB. I. HIST.

ETIAMNE pergo? per sedendum est scilicet in hoc epulo, & tertius tuus missus expectandus. Quid? lautitiæ, & Iouis cerebrum: compono me in cubitum, & immineo, & iam gusto.

Pag. 307.a

Suprema clarorum virorum necessitates, ipsa necessitas fortiter tolerata.] In me: *Criticus hic noster nihil offenditur.* Non ego, & per planam sententiæ viam pergo. Tamen legendum: *supremâ clarorum virorum necessitate.* Luci, cras credo, hodie nihil. Magis illud *δύλυτον* placet: & duo, inquit Tacitus, narrabo, mortes clarorum virorum, atque eas ipsas obitas fortiter & ex dignitate. Nam *necessitas*, si nescis (quid autem antiquum tu scias?) mors est, & ferè indicta. Noster xv. Annali: *Intromisit ad Senecam unum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret.* Possem hîc alia docta: cur apud te, oleum & operam perdam.

Pag. 311.a

Hunc vel illum ambitionis rumoribus destinabant.] Putavi, *ambitiosus*, legendum, & puto. Tu Sesiulysses subtiliter vulgatam expedis: *Populum Romanum, hunc vel illum adoptioni destinasse, pro rumore ambitionis, id est, prout audiebant hunc vel illum adoptionem ambire.* Hau, nosco tuum! semper tu, quasi de studio & industriâ à Tacito & à vero abis. Primùm, *populum Romanum* ais. quid Tacitus? *clientes vel amicos.* Deinde, affectus & destinationes cuiusque alligas ad ambientium vota. Quid stultius? Res ita habuit. *clientes & addicti, quisque talem aut talem destinabant, & Principi ac famæ proponabant, prout ipse ab eo sperabat aut ambiebat.*

Ibidem.

Et iam in T. Vinij odium diuerterant.] Nostra hîc bona & probanda. Nouatur & nouitius codex: *in T. Vinium oculum conuerterant.* Quis fando audiuit T. Vinium, odium publicum, imperio destinatum? Archigene hæc egent.

Ibidem.

Qui indies quanto potentior, eodem æstu inuisior erat.] Produxi Iac. Lectij, eruditi viri, coniecturam, *eodem auctu*: tu libri tui, siue tuas an tuorum ger-
ras,

ras, eodem tanto. Deinde lumen: *Eodem, subintellege quòd ceteris potentior esset.* Sermonis & rerum pariter es Ægisthus.

Vt turbidis rebus euenit, timore magis & nonnullo adhuc consilio parat signa.] Pag. 317. b
Hæc in vitio sunt: mederi volui, sed fortasse volui. tamen decorè & modestè, addam etiam, *δὴλόγως*. Tu pedibus calcas, & adfers è codice: *timori magis, quàm ullo adhuc consilio, parat signa.* Pichenam vide, certiora dabit, etsi nec sic plenè medendo.

Quod postea creditum est, insidijs & simulatione. Missus & Celsus Marius.] Ibidem c
Distinguis: *quod postea creditum est. Insidijs & simulatione missus & Celsus Marius ad.* O Herma! & ego, si refutem.

Interfici iussit, tradito Principibus more munimentum ad presens, in posterum ultionem.] Pag. 321. a
Quæ dixi, quidquid alij mutant, non muto. Noster autem è Codice: *tradito Principibus more, munimentum id presens, in posterum ultionem.* Et addit à se, *id est, in posterorum tale aliquid tentantium.* Omitto priora, arenam sine calce: sed posteri scilicet hîc in antecessum puniuntur? O vbi cerebrum habes? & an habes?

Sed ne hostis metum reconciliationis adhiberet.] Ego suspecta habui: tu purgas. Quâ sententiâ? Otho Celsum inter intimos habuit, *ne hostis Vtellius, gnomen illam politicam Celso insusurraret, à reconciliato Cesare diligenter cauendum.* Næ tu argutior es, quàm cicada. Ergo non insusurrare potuit iam reconciliato? imò non potuit non reconciliato. Acumen igitur sollemne tuum: & quo longius à vero aut Tacito, hoc magis tuum.

Nulla innocentia cura, sed vite impunitatis.] Tuus liber: *sed vitij impunitatis.* ineptissimè: ego, *vice impunitatis,* verissimè. Pag. 330. a

Vetandi metu, vel cognoscendi pudore.] Volebam, *agnoscendi:* & Florentinus Pag. 332. a
codex iam probat. Quid tuus? *concedendi.* falsò.

Ibi sæuitiâ, hîc miseriâ vulnerum absumpti.] Tu è libro, *Illi sæuitia, hi miseriâ.* Ibidem b
Triumphâ, hîc te audio: vt sit in prælio sæuitia vulnerum absumptos, in paludibus miseriâ: nempe vulnerum non curatorum.

Curam nauium Oscus libertus retinebat, ad obseruandam honestiorum fidem inuitatus.] Pag. 335. b
Tuus hîc liber an librarius in alto somno, cùm scripsit: *Hostiensium fidem* De quibus scilicet iuxtâ hîc, ac de Parthis, est sermo. Tu tamen lupinos istos pro ære habes, & prouulgas: quem te dicam? te. Sententia clara, libertum istum (cui generi Principes maximè credebant) datum ab Othone ad obseruandam fidem honestiorum, ducum scilicet qui præerant classi Gallicanæ. Vitium modò est in verbo, *inuitatus:* quod Florentino est, *immutatus.* Hoc expedi, & vir es.

Reliquias Neronianarum sectionum.] Tuus liber, *exactionum.* Quid ita? Pag. 336. b
quia scriptor aut tu, quid *sectio,* non cepistis. At Tacitus dicit, è bonis damnatorum,

natorum, sub hastâ diuenditis, reliqua concessa nuper exsulibus: iuste, quia ex ipsorum aut parentum bonis.

A D L I B. I I.

Pag. 339.c **P**ARANDO *interim bello seclusum tutumque ipsum mare.*] Quomodo mare propriè *Seclusum*? imò per id terræ. Itaque veteres libros audiebam: *secundum*. quod interpretor, fauens faciensque. Nonne mare ad apparatus aut instrumenta belli commodum, ad inuehenda ea aut deuehenda, idemque in milite? & opportunitas altera, quòd *tutum*: id est, ab hoste defendebat, ne opprimi aut inuadi statim Vespasianus posset. Itaque hæc duo Tacitus distinxit: at tu confundis, & *Seclusum*, tueris: ut sit, ab Othonianis copijs remotum. Omnia à te mira. an mare ab Othone remotum, qui Italiam habebat, mari vndique clausam?

Ibidem *Arma in occasionem distulere. Vespasianus Mucianusque nuper, & firmaris mixtis consilijs.*] Nos iactamur, tu ad anchoram tuam confugis, *ceteri olim*, à Codice: *nuper, certè olim.* & addis, *nihil evidentius*. Vellem, vellem lux tua paullo vberius affulisset! Nam quæ hæc septuosa dictio, *Nuper, ergo olim?* Quasi dicam, *Noua, certè vetera*. Vide ne meum nunc verius, *mixti consilijs*. Distulerunt arma, Vespasianus & Mucianus, qui non pridem in gratiam redierant, & consilijs adhibitus iste recenter erat; alij amici, iam olim.

Pag. 345.c *Silentio, patientiâ, postremò precibus.*] Legebam, *pœnitentiâ*: & perseuero. Nam de seditiosis sermo: qui gradatim se mutarunt, primò ad modestiam compositi & silentes, mox pœnitentes, denique precantes & rogantes. Tu autem vis, *Silentio patienti*: quod non nauci est. & nonne vox ipsa, *postremò*, refutat, quæ ostendit pluscula præstructa?

Pag. 349.a *Clamor accurrentium, clamantium.*] Prisci libri, *accurrentium, vomantium*. Ex quo Pichena, *vocitantium*: an non magis, *boantium*? Tu autem *Rumor accurrentium, clamantium*: & illud *clamor* perperam immutas.

Pag. 350.b *Apud duces Vuellianos dubitatum, quò minus pacem concederent.*] Aiebam, *non dubitatum*, ex sententiâ. Tu legis: *ad duces Vitellianos*; & dubitationem ad Othonianos transfers. Ab ijs, inquis, *dubitatum* quò minus pacem Vitelliani concederent. Quis Latinè sic locutus? Sed nugarum desine. Curtius Pichena bellè, ex Florentino, emendauit: *Missæ legatio. nec apud duces*.

Pag. 350.c *Ire in aciem, excitare partium fortunam.*] Vis, *iret in aciem, excitaret*: & ad Othonem referri. Aristarche, vide sequentia, & nocte.

Pag. 353.a *Redièrè Bononiam rursus consiliaturi.*] Adulter tuus codex: *consilia inuituri*. Plaudis, & me inclamas obsoleti verbi retinentem. Me? quin libri omnes retinent prisci bonique: & auctores ab Augusti æuo vsurparunt.

Fabij

Fabij Valentis epistola ad Consules scripta haud immoderatè.] Non conco- Ibidem b
quis, & reponis: *haud moderatè.* Imò vulgatum, verum argutumque est.
Displicuisse, etsi modestè scriptas litteras: vel quia non moris illo æuo (docui
in Commentarijs) vt Legati ad Consules aut Senatam scriberent; vel quia
quæcumque scriptio, insultatio, & opprobratio videbatur: quòd Senatus in
victa parte fuisset.

Tantum peditum equitumque vis & damna.] Hic tu benè, *tanta peditum* Ibidem c
equitumque vis. Cape palmam.

Nec quemquam sapius, quàm Verginium, omnis seditio infestauit.] Optimè, Pag. 356. b
clarissimè: tu tamen è codice profers, *inanis seditio*: quid nisi inania?

Prodigis epulis & sumptu Caiana aqua satiare explebiles Vitellij libidines.] Pag. 364. b
Emendabamus, ego: *Sumptu saginæque*; Palmerius, *sumptu ganeæque*: licebat
eligere, nec aberrare. Obtrudis è libro, *sumptu aleæque*: ineptè & tuatim, da
veniam vnius casci verbi.

A D L I B. I I I.

Et gens fidei commissa patientior.] Vlcus, quod alio Chirone egeat: Pag. 369. b
tamen manum admoues, legisque: *Et gentis fidei, commissa patens*
ora, ob posita in latus auxilia. Heus Luci, lux vbi est? nam mihi iuxta
hic claret, ac si in Cimmerijs essem.

Quia audaciùs, quàm civili bello, imperitabat.] Nos è libris, *adductius* con- Pag. 370. a
sentitque & Florentinus. Tua tamen mirifica emendatio: *quia adductior,*
quàm civili bello par erat. Quis subæratum hoc non agnoscit?

Et vt proditionis ira in Flavianum incubuit.] Defectus est, & notavi S^p. Ibidem b
ples. *Et vt proditionis reum, ira in Flavianum.* Non tibi, non codici tuo, post
tot fraudes fides.

Sed vbi totis castris in fama proditio.] Tuus liber: *Gastris rei fama didita.* Pag. 371. c
Liber, an librarius?

Multa cum strage inceserat contatio.] Olim volui, *tentatio*: nunc vulgatam Pag. 375. c
teneo, sed aliter à te explico, ac distinguo: *Multa cum strage, inceserat*
contatio. Id est, strage & clade acceptâ; iam segnities & contatio accedebat,
Pichena & similiter, & aliter: *Prosternerent multâ cum strage. Inceserat*
contatio.

Nobili gaudio Blasum visendo.] Diuinabam, *notabili*: nec editum tamen Pag. 379. d
spernens. Nam *Nobile gaudium* interpretère, quod nosci facile potest, & se
prodit. Tuâ autem lectione, *vili gaudio*, quid vilius?

De numero seruorum, electione lictorum loqui.] Feci, *litorum*, & explicavi. Pag. 385. a
Tu, *libertorum*. Non videtur, cum de seruis dictum: & quis libertos ei
adimeret?

AD LIB. IV.

* Omnia
idem puluis.

AM fatigor: & tedium etiam capit recensendi tam assiduas & pares nugas. Nam, vt Græci dicunt, * πᾶντα μίαν νόον. Itaque transeo quædam: hoc subnoto,

Pag. 407.c

Ex funere reip. raptis consularibus spolijs, septuagies HS. signatus.] Quidni placuerit, & placeat, Faërne coniectura, *saginat*? Verissima est: & spernimus vulgare & iacens tuum, *ditatus*.

AD LIB. V.

Pag. 425.a

PRIMO cuius auxilio credentes, presentes miseras pepulissent.] Vocem, *credentes*, eieci: & ante sæcula aliquot Otho Frisingensis: in quo sic legas. Sed nec ita locum à vitio purum præsto. Tu facis, *presentes miseras pertulissent*: quid iam? in eodem luto.

Pag. 428.a

Inde vulgatum, nullâ intus Deum effigie, vacuum sedem, & inania arca-na.] Culpas, quod *Lipsius hic Tacitus*: vtinam & tu esses, in re clarâ! Sed somnium narras: *nullas intus Deum effigies, vacuum sedem.* Purga te flumine.

Pag. 430.b

Suam illic victoriam Germanis obstitisse.] Ego verò hæc non damnaui aut damno, facili & obuiio sensu: atque etiam bono. Te damno mutantem, id est peruertentem: *Sua illic victoria Germanos obstitisse.* Quid ergo? ego tantum monui, & addubitauit, quod in opt. codice, *Materiam*, pro *Victoriâ*, reperissem. Sed iam ô bonum factum!) finis tui Epuli: quid superest? bellaria quadam & scitamenta è libellis subiunctis.

DE MORIB. GERMAN.

Pag. 442.a

GERVNT & ferarum pelles, proximi ripa negligenter, vltiores exquisitijs, vt quibus nullus per commercia usus.] Valdè hîc æstuas, & tecum (nam ego filii) disputas: etsi Lipsio tamen, animi causâ, aduocato. *Ideone*, inquis, *vltiores exquisitijs vtuntur pellibus, quia nullus commercijs gaudent? Contrarium verò similis, ob pellium selectum.* Itaque vnus characteris immutatione legamus. *Vltiores exquisitijs: at quibus nullus per commercia cultus, eligunt feras.* Legamus, inquis. Tu tibi, nobis vulgata firma & proba est: & explicamus. Proximi ripæ Romanæ, negligenter pellibus se tegunt: quare? quia cultum & meliores iam vestes à Romanis aut prouincialibus habent. Vltiores exquisitijs: quare? causâ simili, quia non alius, nec aliunde, eius cultus. Hoc hodieque verum est: & vltiores Sarmatæ magis, & cum dilectu, pelliti.

Gens

Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentiâ loci. Ergo de- Pag. 444. b
tecta & nuda omnium mens, postea die retractatur.] Tu hîc sepia tuum atra-
 mentum effundis, & liquidam antea aquam turbas. Legis: *aperit adhuc se-*
creta pectoris. Licentia loci ergo detecta & nuda omnium mens. Quæ tua hîc
 mens, nescio; vellem *detectam* magis & *nudam*. Vulgata clara. Gens per se
 se non astuta, nec tecta, magis reuelatur licentiâ conuiuiali, cum Liber ille
 scilicet (sed Semeles filius, vt Becanus iocabatur, id est frumentarius) liberat
 soluitque curas, & — *arcanum iocoso Consilium reteggit Lyæo.* Ergo tunc de-
 liberant, & audiunt sententias; sed sobrij retractant & decernunt.

Reuerentius visum, de actis deorum credere, quàm scire.] Rotundè & for- Pag. 447. c
 titer. tu laciniâ denormas & emollis: *scire velle.*

AD AGRICOLAM.

NIL nisi fluctus & saxa, & interiores Romani.] Libri quidam, *infe-* Pag. 461. c
riores: ex quo Rhenanus & ego, *infestiores*. Tu autem corrigis:
& inter ea Romani. Quo sensu? files: nec ego dicam. Possim &
 vulgatam expedire: *Interiores Romani*: vt dicat, Ecce à latere &
 tergo, vndique extrorsum, fluctus & saxa sunt: introrsum, & ante nos, Ro-
 mani. Necessitas igitur, & nusquam effugium.

Nos integri & indomiti, & libertatem non in presentiâ laturi.] Verum sen- Pag. 462. a
 sum aperuisse me censeo: in tuo tamen dissensu, qui legis: *libertatem in pra-*
sentiâ non laturi? Interpretatio: *Nos indomiti libertatem nostram ferre, id est*
defendere non poterimus? Nonne iure prædixi de bellarijs? ô frauem hunc
 lucunculum! *Ferre pro Defendere* tamen, quo exemplo defendis?

Primo statim congressu unde ostendamus.] Citas me iterum & vadaris: Ibidem
Adesdum Lipsi. Quid illa vox, Vnde, significat? à Calepino, vnico doctore
 tuo, pete. *Quò refertur?* à me quidem aufertur: quem scis, aut scire debes, le-
 gere: *prima statim congressione.* Possis & interrogando: *primo statim congressu*
non ostendemus. Tu nihil horum, sed è codice: *congressu abundè ostendamus.*
 Adspicienti haud prauum, inspicienti erit.

Et vix monitis coërcitum militem adhuc ratus.] Sententiam vidi, & expe- Pag. 463. a
 diui: tu diuersissimam, à meâ, imò à Taciti, quod quiuistuta mentis dicet.
 Legis: *& suis monitis coërcendum.* Ecce pugna instabat. & Agricola coëreat
 militem: imò exstimulet: quod oratio ipsa dicit.

Miscere inuicem consilia aliqua, dein sperare.] Liber tuus: *consilia aliquando,* Pag. 464. b
sperare. Ego aliquid in meis.

Admiratione te potiùs, temporalibus laudibus, & si natura suppeditet, mi- Pag. 468. c
litum decoremus.] Cum fassus essem, quod res clamat, maculosum & muti-
 lum hunc locum: iste inclamat, *Vbi ingenium illud tuum admirandum.*

*Lipsi? cuius face gloriaris te caligantes eruditorum oculos illustrare? De ingenio meo, respondeo: nec summum, nec imum esse. Gloriari autem eo me? falsum: cuiusmodi est, à Deo est; & in Deum refero, quidquid ab isto manat. Illustrare me: non abnuo. homo dare & accipere lucem, naturâ quærit: & idè * *φωσ* Græci commodè dixerunt. Eruditorum oculos: hoc verò abnuo. iuuentuti labor noster consulit, & illam meliorem elegantiolemque reddere, id studemus. Fecimus etiam, cum bono Deo dicam: & faciemus, quamdiu artibus istis pretium aut honos erit. Nam hoc audi. post me & te Luci, mea quædam legentur: & addam, diligentur. Sed tu iterum ad me: *Aedesum*, inquis: & *Coronidis* loco ex codice *Mirandulano*, ita legendum disce: *Ut admiratione te potiùs, quàm temporalibus laudibus, & si natura suppeditet, tumulum decoremus.* Iam didici. felicem te ingenij & fortis, qui ubique * *τὸ εἶς ἐξ βάλμευς*. Nullus aleator te sapientior. Sed dic, si placet, quid istud, *admiratione tumulum decorare?* Sublime, subtile. nos è vulgo non capimus. Atque hæc tu pro *Coronide*: eximia. Euge! & iam à me quoque coronam, an *Corollarium* hoc, cape.*



DISPVNCTIVS enim, Luci, tuas NOTAS: etsi EXPVNGERE fortasse sapientius erat. sed tibi hoc dedimus, *civis Romano*; & codici *Mirandulano*. Nomina venerationem, imò & terrorem, faciebant. Nunc detractâ larvâ cum rem vidimus (da veniam veriuerbio). *Asinus est Cumanus*. Serio id docuimus, etsi obiter & velut transeuntes: quid enim insisteremus, ubi nullum auctoritatum aut rationum vallum erat? Tu dixisse contentus, & Codicem adduxisse: ego reiecisse, sed cum ratiunculâ adiunctâ, aut alogiâ ostensâ. Interdum, imò sæpè, & ioci fuerunt siue dicta: quid indigneris? tu huic choreæ præfultor fuisti. Funem duxisti, nos securi sumus: sed passu impari, & valdè substitimus intra exemplum. Coniugia te delectarunt, nos ioculi; te lædere, nos ludere; te liuor, nos candor; & vno verbo, *contra Retiarium ferula fuit*. Hoc ipsum excuso, & deprecor tamen: ignosce. A more veteri est: quo triumphantes excipere & prosequi dictis siue cauillis, sollempni Romæ, tu *civis Romanus*, scis fuisse. Ergo fecimus. tu in curru sublimis, duxisti misellum Lipsium, victum & vinctum, ante ora populi: acclamauimus, plausimus, & miscuimus triumphales iocos. Amplius. tuo bono, serio dico & profiteor, à me factum. Sicut vermes è dulcore & bellarijs nati, non nisi amariore pharmaco pelluntur: simile in istâ ingeniorum corruptelâ an lasciuiâ, quæ à suavi & blandiente illâ Philautiâ est orta. Defricare sale aliquo dictorum oportet, aloë interdum monitorum abstergere. Pone, pone, sodes, hæc externa: Italus sum, civis Romanus sum (beneficio, non origine, vt audio:) quid hæc ad nostram rem? Etiam Nero cum certabat, Princeps humani generis, omnibus arenæ aut scænæ legibus examussim se aptabat: à te fiat. Sed illud maximè, vt te noris, & vires tuas, priusquam in æquum venias, libes.

Satin'

Satin' illud Pythagoræ examinasti, * μὴ θύειν ἄτρεσ ἀλφίτων? Instrumenta tibi sunt & apparatus, ad hanc litterariam censuram? Dabitare me facis: qui nusquam signum mittis eruditæ aut variæ alicuius lectionis. Quidquid dicis, idiotismi meri sunt, & de triuio sermones. Heus tu (iterum liberè. neque nos salem tuum lingimus) ad te redi, & Fabij illud cogita: *Nilil esse peius ijs, qui paululum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt.* Sæpè aliàs, sed clarissimè in te, competi sumus. Quid si verè sciens, imò & sapiens esses? sic petulanter & improbè alijs insultares? tibi vni iudicium omne & censionem vindicares? vel vna illa nota & characterismus non sapientis: cui proprium, demitti, & moderari. Sicut in segete spicarum vacuæ attolluntur, grauidæ & feraces inclinant: tale hîc est. Sapiens, inquam, ille se demittit & sustinet, & scit etiam alijs, & alibi, Deos esse.

* non sacrificare sine molâ.

Quamquam ego modestiam tuam hoc sermone vrgeo: & non es, non vis esse inter illos.

* — Οὐ γὰρ καλὸν ὑπέροχιον ἀχευάαδξ.

Scriptio tua te producit: & in hoc theatro mediocritatem tuam (utinam & modestiam!) satis approbasti. Quid reliquum est? vt ad hanc (modestiam dico) te incitem atque hortor, & siqui sunt ingenij tui huius præpetis & subuolantis. Audite me, siue Platonem potius: & qui rationem non vultis, capite auctoritatem. Ille scitè ait, *duas Ignorantiæ species esse, Simplicem, Duplicemque. Priorem, cùm quod nescimus, non scire nos scimus: alteram* (verba eius ponam) *ὅττω ἀμαθαινῆ πρ, μὴ μόιον ἀγνοία ζωεχομένη, ἀλλὰ καὶ δόξῃ θφίας: cùm aliquis ignorat, non ignorantia solum implicitus, sed sapientiæ opinione.* O malum! inquit ille, *ὁ malorum maximorum causam!* Res ita habet, Luci: ab hac duplici inscitia, omnia vitia: sed maxima, ab istâ alterâ. caueamus, & quid simus, quid sciamus, quid scire possimus etiam, cogitemus. Pusilli & miseri! non passus aliquot attollimur supra hanc terram: & digito cælum tangere iam videmur. Tu peccasti, qui ad Criticam, & ad Tacitum, te dedisti. Asperum mare! scaphula tua non est ad enauigandum. Neque enim lectione solum, & doctrinâ multâ ac miscellâ opus; sed sagacitate quadam ingenij; sed felicitate etiam dicam.

* Non etenim supra vires iactare decorum est.

Lib. IX. De Legib.

* Οὐ γὰρ πω πάντεσι θεοὶ φαίνοιν ἐναργεῖς.

Desine, desine:

* Φίλει δὲ σιγαῖν, ἢ λέγειν τὰ καίρια.

Sed & alterum peccatum. cùm dedisti, petulanter & proteruiter te habuisti. Quid opus in me sic vltro & ex superuacuo incurrere? quid velut è plastro conuicia iacere? Hæc non sunt compositæ mentis, aut verè Musici hominis: sed illorum, vt cum poëta dicam,

* Non etenim diu presentes omnibus adsunt. * Ama silere, vel decora proloqui.

* — Οὐς ἐδίδαξαν ἀειεργὰ γράμματα Μῆσαι.

Age, errauerim alibi, extra viam iuerim: verberes me potius, quàm reducas? Conditionis tuæ & meæ, id est publicæ, memento. pauca, adè non omnia, homines scire nati sumus: nec firmiter scire.

* Quos litteratus mense docuere sinistras.

* — ἀμαρ-

* humano
generi error
concomita-
tur.
* ad un-
guem exi-
gere.

* — ἀμαρταλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἔποντο).
Frustrà volumus omnia ad liquidum perducere, & * *ἔξουχίζειν*: aut homo, aut ætas alia, aliud suggeret & docebit. Sit velut ex ære collato hoc conuiuium: benignè & comiter quisque suum conferat: liuor iste & detractio exsulent, imò auxiliemur inuicem & iuuemus. Quàm bellum, quàm utile hoc esset! Ego in Tacitum, alius Suetonium aliquid contulit, & vulgauit publico bono: cur, siquid tu prætereà repperisti, non comunicas, eodem fine? sicubi erraui, cur non comiter admones, atque id priuatim? Absentes sumus: sed litterarum etiam commercia nos iungunt. Philippus olim Macedo, verè magnus inter reges, cùm federet & sub hastâ captiuos venderet; fuit qui proclamaret, *Paternus tuus amicus sum, ô Philippe*. Iussit accedere, aurem præbuit: ille infusurrauit, *Demitte vestem, sodes, nam indecorè sic sedes*. Philippus optimè accepit, statim dimitti liberum iussit, & *Verè*, inquit, *hic mihi amicus erat*. O tales nobis sint, qui pudenda aliqua aut pœnitenda nostra tegant, non reuelent! Tot annos iam in sermone & scriptis, pro meo captu & copiâ, doceo iuuentutem: senesco, &

* Nunc vita
nostra spe-
ctat ipsam
vesperam.

* Ἡ δὴ μὴ ὁ βίβη ὁ ἐμὸς ἐσπέραν ἄγει:
date hanc veniam, si non præmium, vt quieto mihi abire liceat ad æternam illam (sic voueo) quietem. Sed desino: te saluere & sapere cupio, mi Luci.

A P P R O B A T I O.

DISPUNCTIO ista Notarum Mirandulani Codicis ad Corn. Tacitum, digna prelo visa est, quòd & nouam subinde lucem Tacito adferat, & iustam Iusti Lipsii defensionem contineat. 3. Iunij. 1602.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus, Apostolicus
ac Archiducalis librorum Censor.

IUSTVS

I V S T V S L I P S I V S
BAL THASARI MORETO SVO
S. D.



Verò latus audis de responso, quod paravi: quid tamen alij? inhibent, & in ipso cursu sistunt. Negant mereri hominem aut scriptum: negant ex decoro aut usu fore, ut cum talibus contendam. Dicere aliquid, fateor: & nisi opera iam sumpta esset, fortasse deliberarem. Sed cum omnia exputo, profecto coërcenda hac lascivia est, quæ nimis impune sic exultat. Languorem meum sciunt, & modestiam etiam: itaque tuto calcare & insultare se censent. Usque patiar? imò semel ostendam petulantes istos barbam vellere languido, sed non mortuo, leoni. Eat in lucem. etsi tenue scriptum, & cui vix argumentum uberius aut doctius differendi. Nota eius usquequaque prava. & in eo peccaverim fortasse, quòd examinaverim, & singulas censione sim dignatus. Nam ut si quis ignarus cithara eam percutit, frustra dicam, hic aut ibi peccas, cum æquè in omnibus: tale tibi adfirmo in isto esse. Misellus, Criticam ille tractet? inops ab omni litteraturâ, nec nisi, ut cum Sillographo dicam,

* ——— Κενὴς οἴη(ε) ἔμπλε(ε) ἀσ(ε)υ(ε).

* - Vana opinionis plenius vter.

Tamen vel sic respondendum censui, & singillatim. quid ita? pro quorundam huius aui ingenio, quibus

* ——— Καὶ τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφαν(ε)ν.

* - Non pulchra, & pulchra videntur.

& placent quæ in Lipsium dicuntur, etiam cum non placent. Quid iuventuti? quid viris etiam, qui Tacitum aut nostra ignave legunt, nonne consulendum fuit? Codici detracta auctoritas, nonne sic firmanda? videbatur. Nam pauci inquirunt, aut loca inter se comparant, nisi alio præcunte. Denique de immodestia meâ & incurso in alios quæ obijcit, refellenda. Nam omnia mihi detrahi patiar, quàm hanc virtutem (modestiam dico) ingenitam, non adsumptam. Quam nec hic migravi: etsi liberius aliquid aut facetiùs in istum dixi. Quidni in fama nostra hanc hirundinem? in istum Archilochum? sed tamen cum modo, & calor fortasse alibi appareat, non ira.

* Περὶς ἑσ(ε) γ(ε) ἀνδρ(ε)ς ἀσ(ε)υ(ε)ν σ(ε)φ(ε)ρ(ε)ν δ(ε)σ(ε)υσ(ε)σαν:

* Est sapientis exercere sobriam iracundiam:

ait Euripides. Inter alia autem convicia Pædagogum me appellat. Silentio transmisi: quis popularium meorum nescit aliter? Benè honestèque nati & educati sumus, nec nisi ad publicam Professionem admoti: quæ, ut

ut ille ait, ornat potius omnem, quam destruit dignitatem. Hanc si ille Pædagogiam appellat: agnosco, & glorior. sum iuuenum, sum virorum, sum generis humani, voce & stilo, quidam Pædagogus. Sed omitto. Vides & tu rescripti mei causas, etsi Ad Lectorem etiam prompsi. Hoc apud te amplius, tridui aut quadridui, & cum variâ interpellatione, hanc curam fuisse. Quid enim nisi loca Taciti mihi inspicienda fuerunt? & hoc erat refutasse. Sapientes aut docti videbunt: * Τὸν δὲ μαδερὺ ἔτε πᾶσαι, ἔτε πᾶσαι ἐστ. Hem, omitto hoc etiam? bono mihi fuit ista scriptio, & animus in eâ alacer, & in risum sæpè traductus, corpus erexit & recreavit. Hallis fui, herè sub noctem redij, hoc mane scripsi, IV. Idus Iunias Vale mi Morete.

* Solum
nec suadere
est nec rum-
pero.



V
P
NIM
I
QVA
I
EX OF
BA